In pago Foroiuliensi

CHRISTIANA INSTITVTIO

Virtutum & vitiorum ſacri uerbi Dei declamatoribus. admodum vtilis & neceſſaria,

PER FRATREM SEBASTIANVM Ammianum Faneſtrem, ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini inuulgata.

CVM PRIVILEGIO.

HAC AQVA, NON SI-

QVI BIBERIT EX



ET IN AETERNVM.

VENETIIS APVD ANDREAM Arriuabenum. M D LXII.

SENTENTIARVM
DOCTORES.

Gregorius.
Hieronymus.
Ambroſius.
Auguſtinus.
Cyprianus.
Chriſoſtomus.
Baſilius.
Iſydorus.
Bernardus.
Caſſiodorus.
Xiſtus.
Beda.
Petrus Rauennas.
Effren.
Remigius.
Proſperus.
Boetius.
Galienus.
Seneca.
Ariſtoteles.
Cicero.
Cato.
Nonnulli quoq; Poetæ.

Præter ueteris,& noui teſtamenti ſententiarum,auctoritatumq́ue copiam.

ILLVSTRISSIMO AC Reueren. D. D. Hieronymo Seripando Sanctę Romanę Ecclesiæ Cardinali tituli Sanctæ Susannæ, Archiepiscopo Salernitano, & sacrosancti Concilij Tridentini Legato.

CVM *bonis artibus omni studio, ac diligentia Papiæ operam darem ad manus meas casu uetustißimum hoc opusculum peruenit; cuius utilitatem, ac breuitatem, dicendorumq́; ordinem conspiciens, cum plus ocij nactus essem, in lucem ad publicam piarum mentium commoditatem, præsertim concionatorum, ne diutius in tenebris maneret, edere statui, ne uno mihi, sed cunctis bonarum litterarum studiosis prodesset.* At *cum in lucem emittere proposuissem, nemo Illustrißime ac* Reuerend. D. *cui hoc de uirtutibus & uitijs opus dedicare, quàm tu, mihi occurrit, qui uirtutibus omnibus splendes, uniuersaq́; uitia abhominaris. Accipe igitur* Illustrißime *ac* Reueren-

dißime D. de uirtutibus & uitijs opuscu lum hoc, non q; ex eo doctrinæ ac uirtuti tuæ aliquid accessurum existimem, sed ut ipsum existimationem, auctoritatemq; sibi comparet, atq; mei erga te amoris, ac reuerentiæ signum existat. Vale semper. Patauij, Die x. Octobris 1561.

Humiliß. *seruus*

F. *Sebastianus Ammianus* Fanestris Eremita *Augustinianus.*

INDEX OMNIUM capitulorum, quæ in libro hoc continentur.

FINIS.

Abstinentiæ species sunt quatuor.

PRIMA est à malo, uel peccato. unde Esaias dicit. Quiescite agere peruersè, discite benefacere. Da- uid quoque aiebat. Diuerte à malo, & fac bonum. Quæ quidem abstinentia summè necessaria est, & sine ea ceteræ non ualent abstinentiæ. Vnde apud Deũ tunc præclara est abstinentia corporis, quando animus à uitiis ieiunat. Quid nanq; prodest corpus india attenuari, cum animus intumescit superbia? Vnde Isydorus dicebat. Qui à cibis abstinent, & mala agũt, dæmones imitantur, quibus semper esca abest, & culpa semper adest. Secunda species est, abstinere à bono, quod habet speciem mali. Vnde Paulus dicebat. Ab omni specie mala abstinete uos &c. A qua duabus rationibus abstinẽdum est. Prima est, ne proximus scandalizetur, quemadmodum Paulus de se ipso loquens dicebat. Si esca scandalizat fratrem meum, non manduca-

Esa. 1.
Psa. 33.
Isyd.
1. Th. 5
1. Co. 8.

bo carnem in æternum. Secunda
Ecc.41 est, ne fama imminuatur. propte-
Pro.22 rea apud Ecclesiasticum scriptum
legimus. Curam habe de bono nomine; Quia melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ. Qui fa-
Augus. mam suam (inquit Augustinus) negligit, crudelis est. Omnes suspiciones fugere debemus, & quicquid etiam fingi potest, priusquam fingatur, deuitemus. Tertia est, abstinere à bono, quod mali occasio quandoque esse potest, ut in exemplo dicere possemus, à uino forti ac fumoso, à familiaritate, aut con
Chriso. sortio, uel à loco suspecto. Sic doctor aureus admonebat uirum christianum; Fuge personas in quibus potest malæ conuersationis esse suspicio; quia qui familiaritatem, & consortium non uult euitare suspectum, citò labitur in ruinam. Sequitur. Feminam quam uideris bene côuersantem mente dilige, sed corporali non frequentes accessu; quia per assiduitatem ac frequentiam cito peccat homo. Nam sæpe quos uoluntas non potuit uincere, assiduitas superauit. Vnde remouendæ sunt omnes occasiones. Tolle occasionem peccandi si uis à fornicatione, & à ceteris sceleribus esse

tutus. Quarta ſpeties eſt, abſtinere ab illis bonis, quæ maiora bona impediunt. Hoc nanque modo abſtinent uiri ſancti. Vnde dicebat hoc proprium eſſe uirorum ſanctorum, Beatus Gregorius. Semper ab illicitis longè eſſe, & plerunq; etiam à ſe licita abſcindere. Grego.

Abſtinendum eſt à carnalibus deſiderijs propter quinque.

PRimum eſt. quia poſiti ſumus in mundo iſto, non ad ocioſè uiuendum, ſed ad laborandū; non ad delicatè uiuendum, ſed ad pænitentiā agendam. Homo (inquit patientiſſimus Iob) naſcitur ad laborem. Iob.5. Vnde ſi laborem refugit, non facit id ad quod natus eſt. Ad quid ergo uenit in mundum? Quid reſpondebit ei, qui miſit eū? qui inſtituit ut laboret? Non enim ad hoc nos de paradiſo uoluptatis eiecit, ut alterum ſibi hic paradiſum adinuétio humana pararet, ſed ut manibus laboret ſuis, ut in ſudore ſuo ueſcatur pane, ut conditori ſuo placeat, & ut deo ſuo ſeruiat. Cui apertè non patet, ꝙ in ultimo

huius seculi die, unusquis iuxta uer
Mat.12 bum domini de ociositate redditurus est rationem ? hac in re ociosi
Mat.20 in præsenti uita arguuntur, & in uineam ad laborandum mittuntur, ut cum tempus quietis aduenerit, laboris mercedem recipiant operarij. Secundum est, quia ad locum delicatum, ac deliciis plenum tendimus, scilicet ad cælum; ubi delicijs abundè, copiosèq; satiabimur, prout Psaltes diuinus testatur in-
Psal.16 quiens. Satiabor cum apparuerit
Augus. gloria tua. Vnde Augustinus ad Deum conuersus, sic meditabatur. Fac me dulcissime domine amore, & desiderio tuo, deponere pondus carnalium desideriorum, grauissimam sarcinam, quæ impugnant, & impediunt miseras animas. Tertium est, quia ea quæ caro desiderat, ual
Gal. 5. de noxia sunt animæ. Vnde Paulus ad Galatas dicebat. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Ad Romanos quo
Rom.8. que dicebat. Debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus &c. Quartum est, quia deliciæ huius seculi citò transeunt. Sic di-
Hieron. cebat Diuus Hieronymus. Deliciæ quidem uelut umbra transeunt, & uelociter fugiunt, pœnæ uerò per-

petuę manent. Si qua enim est iucunditas in hoc mundo, præterit non reditura, manet attamen anxietas non relictura. Cur itaq; amatur quod relinquitur, & id quo peruenitur negligitur, unde in inferno dicturi sunt plurimi, quid nobis superbia profuit, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? optime igitur fari Ioannē conspicimus. Transit, inquit, mundus & concupiscentia eius. Pulcrè etiam Paulus alloquitur nos dicens. Præterit figura huius mundi. Et quæ sunt mundi nō sapere, sed quę sunt Dei. Quintum est, quia desideria carnalia ad æternum dolorem perducunt. dicebat Christus prout Lucas scribit. Væ uobis qui nunc ridetis, quoniam flebitis. Quibus uerbis illecebrarum huius mundi amatores rerum insinuare uidetur, quorum risibus flétus prępáratur, & consolationi æternum supplicium, ceu alijs uerbis minabatur dicens, Vę uobis diuitibus, qui habetis consolationem huius mundi. Dulcedo nanq; huius seculi ad tempus fauces obdulcescit, sed in magnam amaritudinem postea conuertetur. Fatui igitur sunt, qui perbreuem delectationem tam carè emunt.

1. Io. 2.

1. Cor. 8

Col. 3.

Luc. 8.

Ibidem

Accelerationem pœnitentiæ impediunt duo.

Prou.1, PRimum eſt proſperitas temporalis. Vnde primo prouerbiorum dicitur, proſperitas ſtultorum perdet illos. Quia proſperitas obſcurat hominis mentem, ut ipſum nequaq̃ de ſua conuerſione cogitare ſinat. Vnde Regius Pſaltes aduerſus hos dicebat. Repleti ſunt qui obſcurati ſunt. Defluxi (ait Auguſtinus) ad temporalia, & obſcuratus ſum. Nullum nanq; ſignum maius reprobationis in homine intueri poteſt, q̃ rerum continuus ſucceſſus temporalium; is longè profectò à Deo exiſtit, nec ullo pacto in Deo delectari poteſt, dum in mundanarum rerum amore defigi operam impendit. Duobus etenim dominis, Deo, & mamonæ ſeruire, fieri nequit, ſeruatore aſſerente. Secundum eſt, procraſtinatio. unde apud Sophoniam legitur. Vox cantantis in feneſtra, & coruus in ſuperliminari. Vox, ideſt Chriſtus clamat ad cor hominis, quemadmodum ipſe dicit. Ego ſto ad oſtium, & pulſo &c. Coruus uero

(Margin: Pſa. 73. — Auguſ. — Mat. 6. — Soph. 2 — Apo. 3.)

Diabolus est, qui procrastinat usq; ad mortem producendo, promittendo longam uitam; De qua promissione dicit Ecclesiast. Repromis- Ecc.29.
sio nequam multos perdidit. Est enim hæc repromissio nequam, nequior & nequissima, sicut legitur in tractatu de auaritia.

Ad accelerationem pœnitentiæ incitant quatuor.

PRimum est scriptura, ut apud Ecclesiasticum peccator conuerti ad dominum ad monetur hoc pacto. Non tardes conuerti ad dominum, nec differas de die in diem &c. In eodem quoque legitur; Fili peccasti, non adiicias ultra, sed de pristinis deprecare &c. Secundum est mortis incertitudo, quemadmodum Seruator noster prudenter nos uigilare admonebat dicens. Et uos estote parati, quia qua hora nõ putatis filius hominis ueniet. Itidem dicebat. Veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat. Coarguens quoq; diuitem illum, qui dicebat. Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede,

[Margin: Eccl. 5. — Ecc. 21 — Luc. 12 — Mat. 24]

Luc. 12 bibe, epulare. Dixit; stulte, hac
nocte animam tuam repetunt à te,
quæ autem parasti cuius erunt? ta-
lis aduentusdomini, aduentus est
mortis, quæ mors certissima est,
eius uero aduentus, & in quo loco,
incertissimus est. Quando, uel quo
modo, aut ubi moriemur, nesci-
mus, quoniam mors ubiq; nos ex-
pectat, ubiq; nos aggreditur, inua
ditq;. propterea in omni loco eam
expectare debemus, & nos paratos
esse, conuenit, ut cum corpus de
hoc ergastulo exiens, ad terram re-
uertitur, de qua sumptum est, iuxta
Gen. 3. Domini testamentum, memento
homo quia cinis es, & in cinerē re-
uerteris, spiritus saltem post tot
erumnas ad dominum qui condidit
illum redeat. Quartum est bonum
Tren. 3. quod inde prouenit. Bonum est
(legimus) uiro cum portauerit iu-
gum domini à iuuentute sua, sede-
bit solitarius, &c. Sub quo iugo qua
tuor consequuntur bona. Primum
est, quia homo securus uiuit, dum
ante mortem pietate, ac sanctimo-
nia uitam consumens, secure cor-
poris reliquam partem dein expe-
Pro. 15 ctat. Secura mens (prouerbialiter
dicitur) quasi iugeconuiuium. Se-
cundum est, bona animæ suæ factio.

Ado-

Adolescens, uigesimo secundo Prouerbiorum dicitur iuxta uiam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Tertium est, quod gratius est seruitium eorum domino, qui citò cõuertuntur. Dant enim de puro, & optimo, & non de fece. Vnde Ecclesias adhortabatur sic inquiens. Fili si habes, benefac tecum, & dignas deo oblationes offer. Apud etiam Malachiam legimus. Maledictus dolosus qui habet in grege masculum, & uotum faciens immolat debile deo. Placet etiam summopere deo seruitium iuuenũ corde simplicium, sicut uideri potest apud Matthæum quando Christus dicebat. Sinite paruulos uenire ad me, talium est .n. regni celorum. & in Ecclesiastico dicitur de istis, in persona unius iusti. Potuit transgredi & non est transgressus, facere malum & nõ facit. Quartum est, quia homo moritur certus certitudine spei. Ideo qui cupit certus esse in morte de indulgentia, sanus peniteat, perpetrata facinora deleat. Vnde Augustinus dicebat. Vis quod incertum est euadere; age penitentiam dum sanus es, si sic agis, dico tibi, qui securus es, quia penitentiam egisti, eo tempore quo pecca

Pro. 22

Ecc. 14

Mal. 1.

Mat. 21

Ecc. 31

August.

re potuisti, si autem uis agere pęnitentiam quando iam peccare non potes, peccata dimiserunt te, non tu illa. E contrario incertus moritur, qui in fine pænitet; Vnde idem
Augus. Pater Augustinus ait. Siquis positus in ultima necessitate uoluerit accipere pænitentiam, & accipit, & hinc uadit, nunquid dico damnabitur. Sed nec dico liberabitur.

Quintum est, mala quæ ex dilatione proueniunt, quę sunt quatuor. Primum est, praua consuetudo. Quia prauus usus uix aboleri potest, & assidua consuetudo in naturam uertitur. Vnde ad hoc dicitur
Pro.22. sicut supra; Adolescens iuxta uiam suam, etiam senuerit, non recedet ab ea. Secundum est, quia conuersio dilata difficilior est. Diabolus enim quanto diutius possedit, tanto difficilius dimittit, & quanto citius, tanto facilius Diaboli dominium euitatur. Non debet peccator in peccatis senescere, sed ipsis perpetratis, mox per contritionem, confessionem, & satisfactionem delere, & lacrymis conscientiam abstergere, quia si moram traxerit, animus deinceps sceleribus astrictus, ab eis diuelli uix potest. Tertium est, quia quanto homo plus ui

uit, tanto plus peccat, & quanto eſt uita longior, tanto culpa eſt maior. Cur ergo uitam iſtam tandiu deſideramus, in qua quanto plus uiuimus, tanto plus peccamus. Quartum eſt, quia quanto plus expectabuntur? tanto plus cruciabuntur, ideo Deus ut conuertamur diu tolerat, quia ſi non conuertimur durius poſtea damnat.

Accidiam diſſuadent nobis nouem.

PRimum eſt natura. Homo.n. (ut dicit beatus Iob) naturaliter factus eſt, & naſcitur ad laborandum.de hoc dictum eſt ſatis ſupra, ꝙ poſiti ſumus in hoc mundo non ad ocioſitatem, ſed ad laborandum. Secundum eſt. Scriptura. Ante obitũ tuũ (ait Eccleſiaſticus) operare iuſtitiam, quia nõ eſt apud inferos inuenire cibum. Eccleſiaſticus ẽt dicit. Quicquid poteſt manus tua, inſtanter operare. Et Paulus quoque ait: Bonum autem facientes non deficiamus &c. Tertium eſt, omnis creatura, quæ deum operis ſui bonitate collaudat. Sed primo ſumamus exemplum ab his,

Iob.5.
Ecc. 14
Eccle 9
Gal. 6

quæ ſunt in cælis, uide ſolem, lunam, & ſtellas, inſtanter ſeruiunt ei. Sol nunquam præterit præceptum ſibi factum, quantum laboret in uno die, quàm tempeſtiuè ſurgat in alio, cum tamen non expectet talem remunerationem ſui laboris, uel talem pœnam ſuæ negligentiæ, qualem homo. Vnde D.

Hieron. Hieronymus dicebat. Vides cęlum, uides ſolem, uides lunam, uides ſtellas? hæc ædificant te; debes igitur cogitare & dicere; Si ſol, & luna, & ſtellæ, & cęlum deo ſeruiunt, quare ergo non ſeruio? Secundo ab eis quæ ex terra naſcuntur, ut herbę, & arbores, quæ habent tot aduerſantia ſibi, ut hiemem, & aliam intemperiem aeris, & ſingulis annis auferuntur eis labores ſui, & tamen opportunitate inuenta operandi, operantur. Non debet igitur pigritari homo, nec diffidere, etiam ſi aliquẽ defectum bonorum in ſe uideat, uel ſi aliqua

Hieron. ſibi reſiſtant. Vnde dicebat D. Hieronymus; Omnia ſeruiunt ei, cælum ſeruit, terra ſeruit, & infelix ego homo non ſeruio. cuncta enim ſuis inſtitutis ſeruiunt, ſolum homo deo non ſeruit. Tertio exemplo utitur Salomon, pigros ad for-

micam dirigentes, cum dicit in prouerbijs. Vade ad formicam piger, & disce sapientiam, quæ cum non habeat &c. In quibus uerbis quatuor possunt notari. Primo paruitas formicæ, quam Salomon proponit homini quasi magistram: nec pudere debet homo ab exiguis animalibus trahere mores, quin potius confundi habet, ꝙ à tam paruo animali tantum potest haurire scientiam. Secundo, attendendum est, ꝙ dicit considera uias eius, & non uiam, pluries enim discurrunt in die ad quærendum cibum. unde possunt erubescere qui semel in septima grauantur ire ad ecclesiam. Tertio quia formica non in opere suo ducem cuius exemplum sequatur, nec præceptorem cuius uerbo ad hoc doceatur, nec principem à quo puniatur eius negligentia, homo tum omnia ista habet. Quarto ꝙ adeò se onerat, ut quandoq; minor uideatur suo onere. dicebat doctor quidam; Respice formicam, uide corpus, & inquire sapientiam. Formicæ cogitant hiemem esse uenturam, & christianus non cogitat iudicium esse uenturum. Illæ cogitant, quantum à fame periclitari possent, si non laborauerint in esta Prou. 6.

te, unde uiuant in hieme; & nos non cogitamus quia si non fecerimus hic bona opera, torquebimur in gehenna. Quartum habemus ab amatoribus mundi. Si enim respicimus quot, & quantis cruciatibus, & laboribus homo homini seruit pro temporali lucro, satis poterimus confundi, ꝙ adeò pigri, & inertes sumus pro regno æterno laborare. ò utinam ita seruirent homines pro deo, pro cælorum regno, sicut hominibus pro beneficio terreno, seruiunt. Si respicimus quoque quot, & quātis cruciatibus, & laboribus lucrum acquirat temporale, uincat inimicū, placeat mundo, satis poterimus confundi, ꝙ adeò lenti segnes, & insipientes sumus, ut uitā æternā acquiramus. Vn
Luc.16 de penes Lucam dicitur. Filij huius seculi prudētiores filiis lucis in generatione sua sunt. Cum in tēpore passionis Christi apostoli dormirēt, Iudas ad interritū æternū solicitus erat. Quàm igitur pudendum ac dolendum est? quia diu delectat labor ut fera capiatur, ut pila iaciatur, ut sacculus impleatur, attamen ut deus acquiratur nequaꝗ̄ delectat. Quintū est exēplum Christi, & sanctorū
Heb.12 omniū. Vnde dicebat Paulus. Reco-

gitate eũ,qui talem ſuſtinuit pœnã.
Petrus etiam dicebat. Chriſtus paſ 1 Pet.2
ſus eſt pro nobis, uobis relinquens
exemplũ ut ſequamini ueſtigia eius.
Quid itaq; homo pro ſe pati dicitur, ſi Deus pro hominibus tanta pertulit? Vnde Auguſtinus dicit. Auguſ.
Si unicum ſine peccato flagellauit, & pro uobis, & pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo debemus nos flagellari, qui fecimus quare flagellemur? Sextum, exemplum ſanctorum; unde Iacobus ultimo Iacob ultimo.
dicit. Exemplum accipite fratres, exitus mali, prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini. debemus imitari bonos, emulare ſanctos, & habere ante oculos exempla ſancto rum. Septimum eſt neceſſitas operandi. Non coronabitur quis niſi legitimè certauerit. Difficile nanq; imò impoſſibile eſt, ut præſentibus, & futuris quis fruatur bonis, ut de delicijs tranſeat ad delicias, & ut in cælo & in terra appareat glorioſus. Si uolumus itaq; coronari, opus eſt ut operemur. Octauum eſt, quia hoc uitiũ accidiæ ſummopere deo diſplicet. Vnde in Apocalipſi dicebat. Apoc.3
Vtinam eſſes frigidus aut calidus, ſed quia tepidus, ideo incipiam te euomere ex ore meo; ideſt

de consortio sanctorum mouere. Dicitur enim ꝙ maior spes est de frigidis, quàm de tepidis. Sola nanque tepiditas est, quæ solet deo uomitum prouocare. in cuius figura
Luc. 13 dicitur de ficulnea. Succide eam ut quid terram occupat? Item. Om-
Mat. 3. nis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Nonum, quia diabolo placet
Iob. 40. accidia. Vnde Iob. ait. In secreto calami dormit. Calamus qui est uacuus, significat hominem uacuum, ociosum, ac uacantem, in quo diabolus quiescit, ac dormit. Cuius natura est, assidua temptatione temptare, ut saltem hominem tedio uincat; sicut est uidere in uerbis Do-
Mat. 12 mini dicentis. Cum spiritus immundus exierit ab homine ambulans per loca arida & inaquosa quærens requiem, & non inuenit, tunc dicit, reuertar in domum me-
Mat. 8. am unde exiui &c. Dicebant etiam spiritus immundi ad Christum illos expellentem; Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Porci .n. sunt, qui nil faciunt, nisi ꝙ uoluptati corporis deseruiunt. Vn-
Grego. de Gregorius dicebat. Nisi quis more porcorum uixerit, Diabolus eius potestatem non accipit.

Acci-

Accidiæ mala sunt quatuor.

PRimum est, quia aufert homini bona naturæ, silicet, naturale ingenium, & cetera bona naturalia. Vnde leg imus de seruo pigro exprobrato apud Mat. Tollite ab eo talentum, & date illi qui decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit, & qui non habet studium, uel uoluntatem operandi, etiam ꝙ uideatur habere, auferetur ab eo, silicet facultas operandi. Iusto enim iudicio fit, ut ille, qui non uult bene operari, cum possit, postea non possit cum uelit. Secundum, quia aufert ei bona gratiæ, quod potest ostendi per hoc, ꝙ gratia spiritus sancti sicut ignis est, qui non potest esse ociosus, unde desinit non esse, si desinat non agere. Amor dei (inquit Gregorius) nusq̃ est occisus, operatur enim magna si est, si autem operari renuit, amor non est. Vnde Diuus Bernardus dicebat. O bone Iesu non est amor tuus ociosus, qui te diligunt non tepescunt. Ob hoc Paulus dicebat. Gratia dei in me uacua non fuit. Nec solum gratiam

Mat. 25

Grego.

Bern.

1. Co. 15

perdit, ſed & fructum amittit, quia gratia deberet præcedere, & ſic au fert totam huius uitæ utilitatem. Vita nanq; hæc ſine fructu grauior mors eſt, qui duplex malum ligno infructuoſo paratur, ſilicet ſecuris, & ignis. Tertium quia aufert bona gloriæ. Vnde Eccleſiaſticus
Ecc. 28 inquit. Qui operatur terram ſuam ſatiabitur panibus. qui autem ſectatur ocium, replebitur egeſtate. Bona gloriæ dantur ſolis ſtrenuis,
Mat. 11 & laborantibus. Vnde in Matthęo dicitur. Regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Grãdis enim uiolentia eſt, in terra naſci, & cælum capere; & quod per naturam nequimus, per uirtutem habemus. Vnde ueriſimile eſt, ꝙ ocioſus ac iners, qui lentè incedit, ſuum locum in cælo perdat. Nemo igitur in hoc itinere torpeſcere debet, ut ignauiter in patria locum
Augus. amittat. Vnde Auguſtinus, ait, Iuſtus ut cæleſtia capiat, caueat ne ina is ab opere dies eat. Quartum eſt, quia facit hominem non proficere, maximè religioſum; quia quanto magis ſoli iuſtitiæ appropinquare homines uidentur, tanto frigidiores, & inferuentiores fiunt: Vnde quanto deberent progredi,

regrediuntur, quemadmodum Diuus inquit Bernardus. In uia uitæ nō progredi, regredi eſt;& quanto appropinquare deberent terræ promiſſionis, ab ea magis elongantur, ſicut accidit filijs Iſrael in deſerto. Vnde Regius cantor ait: Errauerūt in ſolitudine, in inaquoſo uiam ciuitatis habitabilis non inuenerunt. Ad dicta etiam accedit. Quòd facit tempus amittere. quod quidem maximum damnum eſt. Sed de hoc clarius in capite de tempore uidebit. Bern. Pſa. 106

Accidiæ remedia ſunt quinque.

PRimum eſt diuerſitas occupationum. Semper aliquid boni operis facere debemus, ne diabolus nos occupatos eſſe uidēs, ocioſos nos inueniat, & ſic non habebit ubi poſſit eſſe. Quia dum res aliqua perfectè occupata fuerit, alterius rei capax eſſe minime poteſt. Secundum eſt conſideratio pœnę ęternę, quę pigro & ocioſo paratur. Vnde de ſeruo inutili apud Matthæum legitur. Eiicite eum in tenebras exteriores. Tertium eſt Mat. 25

consideratio premii, quod solis laborantibus datur. Vnde si nos ferret labor, merces tamen infinita in-
Gen.15 uitet. Sic dicebat ad Abraam Deus. Ego protector tuus, & merces tua
Ambr. magnanimis. Vnde dicebat Ambrosius. Discute corporis inertiam, semperq; memento, quia regnum cælorum, non tepidi sed uiolenti, uimque sibi facientes deripiunt.

Quartum est consideratio periculorum mundi in quo sumus, quia
Grego. sicut dicit Gregorius. Quid enim sit hodie aspicimus, sed quid cras futurum sit unusquisq; nescimus. & in hoc est periculum magnum, quia homo nunquam in uno statu permanet; qui hodie letus & cras tristis, hodie bonus & cras malus, hodie uiuus & cras mortuus. Omnis namq; uita præsens supplicium est, in hoc profundo inquietoq; mari nunquam stabili consistimus loco, nullus portus nisi mortis est. Quintum est oportunitas operandi: propterea dicebat Christus. Ambulate dum lu-
Ioan.12 cē habetis &c. Et Paulus et inquit;
Gal.6. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei.

Ad amorem, qui est inter uirum, & uxorem, incitant Tria.

PRimum est scriptura, sicut Paulus uiros adhortatur dicens. Viri diligite uxores uestras, & nolite amari esse. Secundũ est, quia multũ deo placet. Vnde Ecclesiasticus dicebat. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt ꝓbata corã deo, & hominibus; concordia fratrũ, amor proximorũ, uir & mulier bene sibi consentientes. Vnde Ambrosius super hoc dicit. Hæc est enim pax domestica, & cohabitantium ordinata à deo concordia. Quod autem deo placeat, tribus rationibus ostenditur. Prima est, quia de costa uiri formauit mulierem, sicuti Moyses diuinus historicus hoc testatur inquiẽs. Immisit ergo Dominus soporem in Adam, cumque obdormisset tulit unam de costis eius & repleuit carnem pro ea. Et ędificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem. Noluit Dominus formare eam de limo sicut uirum, imò de carne, & osse uiri, &.

Coll. 6.

Ecc. 25

Ambr.

Gen. 2.

hoc ut eam tanquam seipsum amaret, eo ꝙ de ipso facta esset. Vnde Adam à somno excitatus dixit.
Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea &c. Propterea dicebat Paulus; Viri debent diligere
Eph. 5. uxores suas ut corpus suum. Secunda, quia noluit eam formare de pede, ne à uiro contemneretur, sed de costa ut sciret eam sibi esse so-
Gen. 2. ciam. Vnde Dominus deus dixit; Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Et nota (et est tertia ratio) ꝙ non de capite eam formauit, ne
Hieron. dominaretur uiro. Vnde Hieronymus ait: Dominus non de pede, sed de costa formauit mulierem; ne à uiro contemneretur, non de capite ne nimis uellet dominari. Quartum, quare uiri debent diligere uxores suas, quia uxor patrem, & matrem, & alios propinquos suos propter uirum suum relinquit. Vnde infideliter agit, si hanc mulierem non amet.

Aduentus Christi quadruplex.

PRimus est in carne. quē Christus nobis declarans dicebat:
Io. 16. Exiui à patre, et ueni in mundum. Quod expressius Ioannes ex-

ponens,atteſtatus eſt ueritatē hanc quando dixit. Et uerbum caro factum eſt,& habitauit in nobis.cuius cōuerſationē Propheta Baruch no bis declarans inquit; Poſt hoc in terra uiſus eſt & cum hominibus conuerſatus eſt.Secundus eſt in mē te. Vnde dicebat Chriſtus. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus & manſionem apud eum faciemus. Et apud Reuelationes Ioannis legimus. Ego ſto ad oſtium & pulſo &c. Tertius eſt in morte, de quo dicitur in Matthæo. Vigilate quia neſcitis qua hora Dominus ueſter uenturus ſit. Apud Apocalipſim quoq; dicitur. Si ergo non uigilaueris, ueniam tanquam fur, & neſcies qua hora ueniam ad te. Quartus in iudicio. Sicut dicebat Eſaias.Dominus ad iudicandum uenerit cū ſenatoribus populi ſui. Et Malachias quoq; dicebat.Accedam ad uos in iudicio, & ero teſtis uelox &c. Et ipſemet ſeruator ſic loquebatur. Cum uenerit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, & omnes angeli eius cum eo &c.

Ioan. 1.
Baru. 3.
Io. 14.
Apo. 3.
Mat. 24
Apo. 3.
Eſa. 3
Mal. 3.
Mat. 24

Aduentus Christi præparatio triplex.

PRima est ut fideles audientes Dominũ prope esse, honestius se habeant, sic enim solent dicere ministri domus, uel subditi, Dominus, uel prior uenit, tenete uos in pace, & uere iustum est ut in tanta solemnitate, & etiam circa alias, honestius se habeant, & in aduẽtu tanti domini à malo cessent. Idcirco admonebat Esaias dicens.
Esa. 1. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Tali tempore repræsentat ecclesia ꝙ filius Dei reliquit pro nobis tot, et tanta bona. Vnde
Hier. 12 Hieremias dicebat. Reliqui domum meam, dimisi hęreditatem meam. &c. Bene iustum est, ut tali tempore saltem peccata relinquamus. Secunda est, ut audientes tantum dominum prope esse solicitè præparent, quæ præparanda sunt. Et nota ꝙ hęc præparatio in tribus consistit. Primo in hospitii munda-
Esa. 1. tione. Vnde Esaias dicebat. Lauamini mundi estote. Mundissimo nanque domino munda debetur habitatio. Est enim candor lucis ętternæ,

næ, & candidę oportet esse animam in qua ipse sedere elegerit. Secundo in uestium pulcritudine, ut Esaias adhortatur inquiens. Induere uestimentis gloriæ tuę Hierusalem ciuitas sancta. Baruch quoque ait. Exue te Hierusalem stolam luctus, & uexationis tuæ, & induere decorem, & honorem eius, quæ à deo tibi est in sempiterna gloria. Tertio in epularum delectabilitate. Sunt etenim deliciæ bona opera pura intentione facta; bona uerò opera possumus intelligere opera septem misericordiæ, de quibus in persona pauperis loquitur Christus quando dicebat. Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui &c. Tertia est, ut intelligentes deum esse prope, exeant obuiam ei. Ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Legitur apud Matthęum.

Esa. 52. Baru. 5. Mat. 25 Mat. 25

Aduentus Christi bona fuerunt septem.

PRimum fuit mundi illuminatio. Vnde Io. dicebat. Erat lux uera quæ illuminat omnẽ hominem uenientem in hunc mundum. Item dicebat. Ego sum lux

Ioan. 1. Ioan. 8.

mundi. Secundum Inferni expoliatio. Vnde Osea dicebat in personæ
Ose. 14 Christi. O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Zacharia quo-
Zac. 19 20. que hanc ueritatem fatebatur inquiens. Tu eduxisti in sanguine tuo uinctos de lacu, in quo nō est aqua. Tertium, reparatio cæli. In quo
Eph. 1. (inquit Paulus) posuit restaurare, uniuersa. Quartum diaboli superatio. Vnde Paulus ad Hebręos di-
Heb. 5. cebat: Vt destrueret eum, qui habebat mortis imperium. Ad hoc nanque Deus factus est homo, ut perditum hominem de potestate demonum erueret. Quid prodesset, dicit Bernardus, diabolum à Deo uinci, nobis manentibus superbis? Quintum fuit, peccati destructio. Ob hoc Paulus dicebat. Vetus ho-
Rom. 5. mo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati. Vnde Gregorius dicit. Magnum pecca-
Grego. tum superbiæ, Deus humilis uenit, iste ingens morbus animarum, omnipotentem medicum de cælo adduxit, usque ad formam serui humilia-ut contumeliis egit, ligno suspendit, ut salute tantæ medicinæ curaretur hic tumor. Et D. Augu-
August. stinus dicit. Propter nos, & nostrā salutem uenit pius Deus, quærere,

& saluum facere quod perierat. Sextum hominis cum Deo reconciliatio. Vnde Paulus dicebat ad Romanos scribens: Reconciliati sumus Deo per mortem filii eius. Augustinus etiam in meditationibus suis dicit. Desperare iam non audeo, quia cum inimici essemus, reconciliati sumus per mortẽ filij tui; quanto magis reconciliati, salui facti sumus per eum? Septimum hominis beatificatio. Vnde Ioannes dicit: Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat uitam æternam. Sequitur: Qui credit in eum habeat uitã æternam. Propter hæc bona clamant sancti patres dicentes. Vtinam disrumperes cælos, & descenderes. De his septem loquitur Esaias dicens. Spiritus domini super me ad annunciandum mansuetis misit me; Ecce mundi illuminatio; prædicando enim mundum illuminauit. Vt mederer contritos corde, ecce peccati destructio. Prædicantem captiuis indulgentiam, ecce inferni expoliatio. clausis aperitionem, ecce cæli restauratio. Vt prædicarem annum placabilem, ecce hominis cum Deo reconciliatio. Diem ultionis,

Rom. 5.
August.
Cap. 14
Ioan. 3.
Ioan. 6.
Esa. 64.
Esa. 61.

ecce diaboli destructio, sicut enim fecit ultionem de omnibus iniuriis quas faciebat diabolus sanctis. Datæ coronam, ecce hominem beatificatio, quæ in nouissimo die tam corporis, quàm animę simul erit.

Aduersarij nostri sunt quatuor.

PRimus est mundus. Quem debemus uincere per fidem,
1.Io. 5. sicut dicit Io. Hæc est uictoria quæ uincit mũdum fides nostra. & huic uincenti debetur palma ui-
Apo. 4. ctoriæ. Sicut dicitur in Apoc. Vincenti dabo manna absconditum. Secundus est diabolus, qui crudelis
1.Pet. 3 est aduersarius, de quo dicebat Petrus. Sobrii estote, & uigilate quia aduersarius uidetur diabolus tanq̃ leo rugiens &c. Hunc aduersarium debemus uincere per pietatem proximi sicut Christus, sicuti docemur
Apo. 3. in Apoc. Vicit leo de tribu iuda Radix Dauid: idest Christus qui mortem nostrã moriendo destruxit, & uitam resurgendo reparauit. De nulla nanque re sic uincitur, sicut de misericordia. Huic debetur palma,
Apo. 4. sicut legimus. Qui uincit faciam

illum columnam in templo. &c.
Tertius est caro, quam debemus uincere per continentiã. Sicut legimus apud Ioannem. Ecce equus albus, & qui sedebat super eum uocabatur fidelis. Equus est corpus mundum. Vnde in euangelio admoniti sumus. Sint lumbi uestri præcincti &c. Et huic debetur palma, sicut reperitur. Qui uincit sic, uestietur uestibus albis. Quartus est inobedientia, quem debemus uincere per obedientiam. Vnde prouerbiorum 21. dicitur. Vir obediens loquetur uictoriam. Huic debetur uictoria, sicuti in Apocalipsi habemus. Qui uicerit dabo ei potestatem super gentes, & reget eas in uirga ferrea.

Apo.16.
Luc.12
Apoc.3
Pro. 21
Apoc.3

Adulatio uitanda est rationibus quatuor.

PRima est, quia docet hoc scriptura, ut in prouerbiis scriptum reperimus. Ne lactes quemquam labiis tuis. &c. In Prouerb. quoque dicitur. Ante mortem ne lactes quemquam. Et Paulus adulationẽ abhorrens, ad Thessalonicenses uiros dicebat, Neque

Pro.24.
Pro.24.
1.Th.2.

aliquando fuimus in sermone adulationis. Secunda est, quia multum deo displicet. Vnde apud Salomonis Prouerbia scriptum legimus.
Pro. 17 Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est
Augus. uterque apud dominum. Magna (inquit Augustinus) ira dei est, ut desit correptio, & adsit adulatio. Tertia est, quia diabolo multum placet, quod tribus rationibus ostendi potest. Prima est, quia cum non possit hominē tribulationibus, uel aduersitatibus, siue tentationibus deiicere, eum oprimit adulationibus. talis nanq; naturæ est aduersarius & antiquus hostis, ut quod se propriis uiribus haud proficere cō spicit, per linguas nobis adulantium seuire incipiat. Quæ quidem
Augus. linguæ animas alligant in peccatis. Vnde Augustinus ait. Sepe enim plus nocet lingua adulatoris, quàm manus persecutoris. Secunda, quia adulatores homicidæ sunt, & proditores, qui sub specie osculi, sicut Iudas, hominem diabolo tradunt, & sub specie amicitiæ eum interficiunt, qui bene per Ioab significan-
2. Reg. 20. tur. Qui dicens ad Amasam, salue mi frater, percussit eum gladio in latere, & effudit intestina eius in

terram. Vnde Augustinus dicit. Sę pe enim adulatores blanda facie decipiunt animas audientium se, & perpetua morte interimunt. Adulatores igitur (dicit Diuus Hieronymus) ut inimicos caue. Tertia est, quia adulatores, Ioculatores diaboli sunt, nō permittentes eum in aliquo contristari. Vnde in Osea legimus per similitudinem. In malitia sua lętificauerunt regem, & immundiciis suis principes. Sed reuertatur ad quartam principalem rationem, uitanda est adulatio, quia homini multum nocet. Duo nanq; mala facit. Primo quia odium hominum incurrit. Vnde legitur in Prouerbiis. Qui dicit impio iustus es, maledicent eum populi, & detestabuntur eum tribus. Secundo, quia maledictionē etiam acquirit. Sic legimus apud Esaiam. Væ qui bonum dicunt malum, & malum bonum. Item legitur. Erunt qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur præcipitati. Vnde Hieronymus dicit. Benedictio adulatoris maledictionem infert.

Augus. Hieron. Oseæ 7 Pro. 24 Esa. 5. Esa. 19. Hieron.

Adulationis remedia sunt duo.

PRimum eſt quãdo uentus adulationis flat, ad terram deſcendat, uidens ſui infirma, dicat cum Dauide. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Pſa. 50. In omni enim quod de nobis dicitur, ſemper tacitè recurrere ad mẽtem debemus, interiorem teſtem, & iudicem quærere. Quid nanq; prodeſt ſi omnes laudent eum, & conſcientia poſtea accuſet? aut quid poterit obeſſe, ſi omnes nobis derogent, & ſola nos conſcientia defendat? Vnde Cato ille dicebat.

Cato. Cum te aliquis laudat, iudex tuus eſſe memento. Plus aliis de te, quã tu tibi credere noli. Secundum eſt, ut homo inſinuat per ſignum adulatorem eſſe, ſicut Socrates cuidam

Socrat. ſibi adulanti, dixit. Nihil proficis adulator, cum te intelligam. Alioquin eris cupiens laudem. Vnde quidam Doctor Gentilis inquit. Si inuenerimus, qui beatos uiros dicat, qui prudentes, qui ſanctos ignoſcimus, non ſumus modica laude con-

tempti. Idcirco dicit D. Hieronymus. Adulatores deuita, sitq; tibi tam triste laudari à turpibus, quàm si lauderis ob turpia. Hieron.

Adulatio fit tribus modis.

PRimo modo, tribuendo alicui bonum quod non habet, & hoc est ueniale. Secundo modo, super extollendo bonum quod habet. Tertio modo, approbãdo malum quod habet, & hoc est peccatum mortale.

Amabilem reddunt hominem quatuor.

PRimum est modestia in sermone. Vnde in Ecclesiastico dicitur Sapiens in uerbis amabilem se facit, gratiæ autem fatuorum effundentur. Secundum est mansuetudo. Dicebat Ecclesiasticus. Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super gloriam hominum diligeris. Tertium est fidelitas. Vnde Ecclesiasticus dicebat. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima

Ecc. 20

Eccl. 3.

Ecc. 33

tua, quasi fratrem tuum sic eum tractā, quoniam in sanguine animæ comparasti illum. Quartum est, ob sequia ignis amoris lignis beneficiorum debet nutriri. Vnde Paulus
Ro. 12. dicebat. Si esurierit inimicus tuus ciba illum &c. Nulla est enim maior ad amorem inuitatio, quàm præuenire amando, & nimis durus est animus, qui dilectionem non uult
Seneca. impendere. Vnde Seneca dicebat. Vt ametis, amabilis esto.

Ambulandum est cautè propter tria.

PRrimo, quia ambulamus in medio laqueorum. Vnde di-
Eccl. 9. cebat Ecclesiasticus. Scito quoniam in medio laqueorum ingredieris.
Hieron. Omnia (inquit D. Hieronymus) retibus plena sunt, diabolus laqueis cuncta compleuit. Secunda quia ambulamus in medio latronum.
Iob. 19. Vnde Iob dicebat. Simul uenerunt latrones eius, & fecerunt uiam pro me, & obsederunt in giro tabernaculũ meum. Tertio quia ambulamus in medio fouearum. Vnde
Esa. Esaias dicebat; Formido, & fouea, & laqueus super te qui habitator es terræ.

Ambulare debemus tribus modis.

PRimo cautè, ut Paulus admonet nos inquiens. Videte quo modo cautè ambuletis &c. Secundo directè. Parate(dicit Esaias) uia domini rectas facite semitas eius. Rectam etenim semitam facere, est pura intentione Christo seruire. Tertio solicitè, quemadmodum Micheas dicebat. Indicabo tibi ò homo quid sit bonum, & quid requirat Dominus à te, utiq; diligere misericordiam, & iudicium, & sollicitum ambulare cum deo tuo. Vnde in Deuteronomio legitur. Custodi igitur temetipsum & animam suam solicitè. Bernardus quoque aiebat. quid ergo à te quærit, qui in tanta solicitudine requisiuit, nisi te solicitum ambulare cum Deo tuo? Ambulandum est igitur rectè bona intentione, solicitè Deum sequendo, cautè propter inimicos nostros.

Eph. 5.
Esa.
Mich.
Deut.
Bern.

Ambulatio quadruplex.

PRima est naturæ, secundum quam ambulat homo, ad mortem properando. Vnde Iob dicebat. Et semitam per quam non reuertar ambulo. Propterea seque batur alio in loco. Dimitte ergo me ut plangam paululum dolorem meum, antequam uadam ad terram tenebrosam &c. Secunda ambulatio est culpæ, secundum quam homo ambulat de malo, in malum transeundo, prout Regius Psaltes declarat dicens. In circuitu impij ambulant &c. Tertia ambulatio est gratiæ, secundum quam homo ambulat de bono, in melius proficiendo. Secundum quem modum Deus docebat ambulare inquiens. Ambula coram me & esto perfectus &c. Hoc pacto de Noe legimus; Cum Deo ambulauit Noe. Quarta ambulatio est gloriæ, secundum quam ambulant sancti post Christum eundo. de qua ambulatione in reuelationibus sancti Ioannis legitur. Ambulabunt mecum in albis. prima ambulatio est sustinéda, secunda fugiéda, tertia faciéda, quarta desiderada.

Iob. 16. Iob. 10. Gen. 16 Gen. 6. Apo. 3.

Amandi Deum modus triplex.

Bern.

QVamuis Beatus Bernardus dicat, in Christi dilectione, modus amoris nullus esse debet, sine modo te dilexit, sine modo eum diligere debes, modum dilectionis excessit te diligendo, pro te moriendo, tu quantum debes eũ diligere non potes. Et Augustinus dicit; Immensus es domine, & sine mẽsura amari debes ab his, quos prætioso tuo sanguine redemisti. Attamen Beatus Mattheus triplicem modum ponit, silicet, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente. Ex toto corde deum diligere est, nil aliud præter ipsum amare; Vnde Gregorius dicit, Si in aliquo amor cordis tui fuerit occupatus, iam ex toto corde deum non amas. Idem quoque ait: Si quis aliquem amat, si propter deum non amat, caritatem non habet, sed se putat habere. Augustinus etiam dicit, Domine minus te amat, qui tecũ aliud amat. Perfectus enim seruus Christi nihil propter Christum habet, aut si aliud habet, perfectus non est.

Augus. Mat. 22 Grego. Idem. Augus.

Auguſ. Vnde Auguſtinus dicebat. Dulcis Chriſte Ieſu, bone Deus meus, accende me totum igne tuo, amore tuo, ſuauitate tua, & dilectione tua, ut te diligã Deum meũ ex toto corde meo, ut habeã te in corde meo, in ore meo & pre oculis meis sẽper. Ex tota anima deũ diligere eſt, omnes affectiones in deum retorquere, ſicut Pater inquit Auguſtinus;

Auguſ. Amo enim te Deus meus, & magis, magisque te amare concupiſco. Tu enim melle dulcior, lacte ac niue candidior, nectare ſuauior, gemmis & auro præcioſior, cunctisque terrarum diuitiis, & honoribus mihi carior.

Bern. Et D. Bernardus de Ieſu loquens ait. Ieſus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde.

Auguſ. Auguſtinus item dicebat. Nihil mihi tam dulce, quàm cum deo meo eſſe, & omnis copia, quæ deus meus non eſt, mihi egeſtas eſt. Ex tota mente, ideſt memoriter ſine obliuione.

Cant, 8. Vnde in canticis canticorum legitur. Pone me ut ſignaculum ſupra cor tuum, & ut ſignaculum ſuper brachium tuum.

Auguſ. Et Auguſtinus dicit. Semper ſit tibi fixus in corde, qui pro te fuit fixus in cruce. Vnde ſic meditabatur. O bone Ieſu memoria tua ſuper

mel dulcis, meditatio de te cibus suauis, de te loqui bona refectio est, te nosse optima consolatio est, tibi adherere uita ęterna, à te separari mors perpetua. Idcirco sequitur alibi. Munda cordis intuitum, ac tuæ mentis intellectum accende celesti igne animum, ut te semper cogitem, semper amem, semper habeam in corde & in ore. Ecce igitur quòd tribus modis deum diligere debemus, ex toto (uidelicet) corde, ex tota anima, & ex tota mente. Et hoc est primum mandatum in lege, sicut docet Christus.

Amandi proximum modus triplex.

PRimus modus est, quo Christus amauit nos, sicut apud Ioannem docebat nos ipse inquiens. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Amauit nos Christus quatuor modis. Primo modo amauit nos amore recto, quia non propter utilitatem suam, sed propter nostram. Vnde Iob dicebat. Quid prodest

Ioan. 15

Iob. 22.

deo si iustus fueris, aut si immacu-
lata uita tua fuerit? quasi dicat non
ei proficit, sed tibi, sicut dicit D.
Ambrosius. Quicquid à te proce-
dit, in te recurrit, & quicquid fue-
Pro 9. ris tibi proficit. Vnde in prouerbiis
dicitur: Si sapiens fueris, tibi met-
ipsi eris, si autem illusor, solus por
tabis malum. Item, non ut à nobis
acciperet, sed ut nobis daret, quia
bonorum nostrorum non indiget.
Augus. Vnde Augustinus dicit. Nos ege-
mus tui, non tu nostri, quia si non
essemus omnino, nihil tibi deesset
ad bonum quod tu es. Omne enim
bonum nostrum aut ipse est, aut ab
ipso. Ab ipso nanque tria habemus,
silicet, sua, idest temporalia, suos
idest apostolos, & se ipsum. Secun
do amore discreto, silicet personas
amando, & uitia increpando, sicuti
Mat. 3. apud Mattheum legimus. Genimi-
na uiperarum quis demonstrabit uo
Augus. bis fugere à uentura ira? Vnde Au-
gustinus dicit. Sic diligendi sunt
homines, ut errores eorum non dili
Isid. gantur? Idcirco Isidorus aiebat;
Non homines, sed uitia odio ha-
benda sunt. Tertio amore fructuo-
so, non uocali tantum. Quemad-
1. Io. 3. modum Ioannes in suis canoni-
cis adhortatur inquiens. Filiolè

non diligamus uerbo, neque lingua, sed operet ueritate. Dilectio enim materia (inquit Gregorius) semper exhibenda est, ueneratione sermonis, & ministerio largitatis. Quoniam, sicut ait Augustinus, Non est fraternus amor, nisi mutuis se præueniat obsequiis. Quarto amore perseueranti, ueluti dicit Ioannes. Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in fine dilexit eos. Vnde in prouerbiis legimus. Omni tempore diligit, qui amicus est. Sic amare debemus proximum, silicet in prosperitate, & in aduersitate, sed quidam ab eo, felicitate recedente, recedunt. De his dicit Seneca. Amicus qui utilitatis causa, tandiu placebit, quandiu utilis erit. Hi secundum ueritatem amicum non amant. Vnde Augustinus ait. Ficta caritas est, quæ deserit in aduersitate. Et Gregorius. Cum quis positus in prosperitate diligitur, incertum est, utrum prosperitas, an persona diligatur. Non est ergo uere amicus ille, qui fortunæ particeps non est. Secundus modus amandi est, quo nosmet ipsos amamus. De quo modo apud Lucam sic habetur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod sa-

Grego. Augus. Ioan 3 Pro. 1 Seneca. Augus. Grego. Luc. 10 Mat. 12

ne uerbum dupliciter potest intelli gi, uno modo. Sicut teipsum, id est, ad quod te ipsum, silicet ad gratiam in præsenti, & ad gloriam in futuro. Alio modo, sicut te ipsum, idest, in quo te ipsum, silicet in deo, uel propter deum. Vnde Augustinus dicit. Proximum autem tunc diligimus sicut nos, si non propter aliquas nostras utilitates, non propter spectanda beneficia, uel accepta, non propter affinitates, uel consanguinitates, sed propter hoc tantum, ꝙ est naturæ particeps, diligamus, uel secundum illud Matthei. Quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis, & è conuerso. Ab alio expectas (ait Seneca) quæ alteri feceris. Tertius modus amandi est, quo habent membra eiusdem corporis ad inuicem. Quem modum posuit Paulus scribens ad Romanos, cum diceret. Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra &c. Et animaduertendum est, ꝙ nouem sunt, in quibus amor, qui est respectu proximi, inuitare debet amorem mem-

Margin notes: August. — Mat. 7. — Seneca. — Ro. 12. — 1.Co. 12

brorum eiusdem corporis. Primum est, quòd unum membrum non inuidet alteri, licet non habeat officium quod illud habet. Vnde Paulus dicebat. Si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, & unũ quodque eorum in corpore, sicut uoluit. Ideo non debet aliquis inuidere proximo suo habenti gratiam, quã ipse non habet. Vnde Augustinus ait. Auertat Deus pestem inuidiæ ab animis omnium hominum. diabolicum enim uitium est. Secundum est, quia unum membrum ab alio lęsum, se non uendicat. Sic etiam debet esse inter membra Ecclesiæ, sicut admonet Paulus Romanis dicens. Nulli malum pro malo reddentes. Tertium est, quia unum membrum non despicitur ab alio, etiam si infirmum, ac debile existat. Sic & nos non debemus despicere eos, qui infirmi ac debiles in aliqua parte uidentur in Ecclesia, sed potius compati, & condolere. Vnde Paulus ad Corinthios dicebat. Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Super quibus uerbis Ambrosius ait; Sic & nos debemus condo-

1. Co. 12. — Augus. — Ro. 12. — 1. Cor. 12. — Ambr.

lere fratribus noſtris, ſiquid aduerſitatis emerſerit, uel ſicut non debemus deſpicere eos, qui deſpecti aut infirmitate, aut deformitate, aut paupertate, aut ſcientia, aut alicuius gratiæ inter nos ſunt, ſicut in membris eſſe uidentur. Vnde
Ibidem Paulus dicebat. Quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundatiorem circundamus. Sępe etenim contingit, deſpectos utiliores, & acceptiores
Ibidem deo eſſe. Non poteſt (ait Paulus) dicere oculus manui, opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus non eſtis mihi neceſſaij. Sed multo magis quæ uidentur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt. Et quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundatiorem honeſtatem ha
Ambr. bent. Quæ uerba D. Ambroſius exponens dicit. Per inhoneſta membra, quidam fratrum intelliguntur, qui cum ſint inhoneſti ætate & habitu, habent tamen abundantiorem honorem, quia ſilicet ſunt aliquando uitæ mundioris.

Quartum eſt, quia unum membrum ſibi reputat fieri, quod fit alio, ſiue bonum, ſiue malum. Si lędatur pes, os conqueritur, & ſic de ceteris membris. Si lauentur pedes, os gra

tias agit, ueluti ex uerbis domini hoc patere potest, quando dixit. In- Luc. 8.
traui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti. Et apud Mat- Mat. 15
theum quoque dicitur. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Quintum est, quia unum membrum pro alio lesioni se exponit, ut manus pro oculo. Sic unusquisque proximo suo facere debet, non considerans pecuniæ, siue corporis damnum. unde in prouerbiis dicitur. Qui negligit damnum pro- Pro. 12
pter amicum, iustus est. Et Ioan- 1. Io. 3.
nes de Christo loquens dicit. Ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere. Sic proximum amare debemus, ut quæ ipsius sunt, amemus. Vnde in Deuteronomio legimus. Deu. 22.
Non uidebis bouem, & ouem fratris tui errantem, & præteribis, sed reduces fratri tuo. Sextum est, quia nullum membrum offitium suum sibi appropriat, sed communicat cum aliis; sicut oculus est oculus omnibus membris; & sic de ceteris. Sic debet unusquisque communicare gratiam, quam habet cum proximo suo, sicut dicit D. Petrus. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illum administrantes,

ſicut boni diſpenſatores multifor-
1. Pet. 4 mis gratiæ Dei. Septimum eſt, quia
unum membrum cibum ſuſceptum
omnibus membris communicat. Sic
Ro. 12. fidelis unuſquiſque alteri bona ſua
communicare debet. Vnde Paulus
dicebat. Neceſſitatibus ſanctorum
Hieron. communicantes. D. quoque Hiero
nymus inquit. Grandis culpa, ſi
ſciente te fidelis egeat, ſi ſcias eum
ſine ſumptu eſſe, famem tolerare,
ęrumnam pati, qui præſertim ege-
re erubeſcat, nam ſi omnibus debe-
tur miſericordia, multo amplius iu
ſto. Octauum eſt, quia membrum
unum nihil tantum timet, quàm ab
aliis ſeparari. ſi enim ſeparatum
ſit, inutile eſt, non uiuit, non ſen-
tit, non uiuificatur, etiam à ſpiritu
Auguſ. à quo cetera membra. Vnde Augu-
ſtinus ait: Nil ſic deberet formida-
re chriſtianus quàm ſeparari à cor-
pore Chriſti. Nonum eſt, qui to-
tum corpus tremit, cum unius mem
bri ſeparationem præuidet. Sic de-
bet timere corpus Eccleſiæ, cum ali
quem fidelem à ſe reparari uidet,
uel per mortem, uel per excõmu-
nicationem, uel quocunque alio
modo.

Amicitia uera in octo cognoscitur.

PRimo in uoluntatum identitate. Vnde Isydorus dicebat. Isyd. Amicitia est animorum societas; cuius officium est idem uelle, & idem nolle, secretò admonere, & palam laudare. Secundo in communicatione rerum. Quod Ioannes Euangelista ostendebat, cum diceret. Non diligamus uerbo & 1.Ioã.3. lingua, sed opere & ueritate. In amore nostro erga proximum plus bona operatio, & rerum communicatio loqui debet, quàm lingua solum, ut in ipso bono opere proximus noster se amari uideat, sicut D. dicebat Gregorius. Probatio di Grego. lectionis est exhibitio operis. Ter- Ecc.19 tio, in secreta admonitione, id est amicum secretò corripere, neque palam; idcirco Gregorius dicebat. Grego. Illum solum amicum meum existimo, per cuius linguam ante aduentum distincti iudicis maculas mentis meæ abstergo. Et Isydorus ait. Isyd. Amicum meum non amo, nisi illum offendam, dum peccauerit. Quarto in consiliorum communicatio-

Pro. 20. ne. Causam tuam, in prouerbiis legimus, tracta cum amico tuo. Quinto in peccati abscõsione. Qui cælat delictum quærit amicitias, in
Pro. 17. prouerbiis dicitur. Et etiam. Qui ambulat fraudolenter, reuelat ar-
Pro. 11 chana. Qui autem fidelis est, cælat amici commissum. Sexto, ut utilia eis magis quàm placentia dican-
Ibidem. tur. Vnde in prouerbis dicitur: Simulator ore, decipit amicum suum. In eisdem quoque pulcrè le-
Pro. 29. gimus: Qui blandis, fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis. Septimo ut in omni fortuna diligat; sicuti dicitur in prouerbiis. Omni tem-
Pro. 17. pore diligit, qui amicus est. Vera & certa amicitia nulla ui excludi potest, neque ullo tempore aboleri; quocunque enim se uertit tempus, semper illa firma est. Octauo, Nec turpia rogare, nec ad præces turpia facere, alioquin uera non esset amicitia. quoniam in rebus tantum bonis amicitia habenda est. Nam qui ea in malo utuntur, non sunt amici, sed pro inimicis habendi sunt. Vnde Philosophus dicebat. Hæc in amicitia res sanciatur, ut neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati, ut amicis honesta

petamus

petamus, & amicornm cauſa honeſta faciamus. Vnde in eccleſiaſtico dicitur; Noli fieri pro amico inimicus proximo. Et Seneca quoque ille ait. Nulla eſt excuſatio, ſi amici cauſa peccamus, &c. Eccl. 7 Seneca.

Amicitia diſſoluunt tria.

PRimum eſt conuicium. Conuicium dicitur aliquod uerecundum, ut cum obiicitur amico: quòd ſit leproſus, uel ſeruus, & aliquid ſimile. Vnde in Eccleſiaſtico dicitur. Mittens lapidem in uolatilia deiiciet illa, ideſt diſperget. Sic qui conuiciatur amico ſuo Ecc. 22 diſſoluit amicitiam. Secundum eſt, improperium. Improperium eſt, ut cum amico obiicitur, quòd ſit latro, uel tale ſimile. Vnde in Prouerbiis legitur. Quæ uiderunt oculi Pro. 25. tui ne proferas in iurgio citò, ne poſtea emendare poſſis, cum dehoneſtaueris amicum tuum. Tertium eſt, archanorum reuelatio. Vnde in Eccleſiaſtico ſcriptum traditur. Eccl. 7. Qui denudat arcana amici, fidem perdidit. &c.

Amici Dei tripliciter dicuntur esse in eo.

Sap. 3. IN manu. Dicitur de iustis in Sapientia. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Et Apud Dauidem
Psa. 36 legimus. Cum cæciderit iustus non collidetur, quia Dominus supponit manum suam &c. In sinu. Augustinus dicit. Quid times hominem, homo in sinu Dei positus? In
Philip. uisceribus. Vnde Apostolus dicebat. Testis est enim mihi Deus, quomodo cupiã uos in uisceribus Iesu Christi. Quanta ergo securitas amicorum Dei? Quid enim potest nocere eis, qui in uisceribus Christi sunt? Illi qui habent Christum in suis uisceribus, meritò sunt in uisceribus Christi. Vnde Christus dice-
Ioã. 16. bat. Manete in me, & ego in uobis. Et quid etiam timere debet Christianus si in manu Dei est? Quis po-
Ioã. 10. test rapere nos de manu Dei? Nemo, dicebat Seruator noster, rapiet eas de manu mea. Ideo Paulus con-
Ro. 8. cludebat. Neque mors, neque uita &c.

Amor mundi fugiendus est propter quinque.

PRimo, Quia amor mundi est fons & origo omnium malorum, & uitiorum. Vnde sicut dilectio dei est fons omnium uirtutum, ita dilectio mundi est fons omnium uitiorum. Secundo quia amor mundi amatores suos Dei inimicus facit, quem admodum D. dicebat Iacobus. Adulteri, Iac. 4. nescitis quia amicitia huius mundi inimica est deo? quisquis ergo huius mundi amicus effici uoluerit, Dei inimicus constituetur. Idcirco Ioannes nos admonet ne mundum hunc diligamus inquiens. 1.Io. 2. Nolite eligere mundum neque ea quæ sunt in mundo Si quis diligit mũdum nõ est charitas patris in eo. Vnde Augustinus ait. Si mundi Aug. amor habitat in te, non est quo amor Dei intret. Cum exhauseris cor tuum amore terreno: hauries amorem diuinum. Tertio, quia amor mundi est proditor. Quod in Iuda hoc significabatur cum legimus. Dixit Iudas, idest, mundus: Mat. 26

Quemcunque osculatus fuero, ipse est tenete eum. Quarto, quia amor mundi suos amatores immundos facit. Pro ut hoc ex Ecclesiastici uerbis haberi per quandam similitudinem potest, cum dicitur.
Ecc. 12 Qui tetigerit picem, inquinabitur
Augus. ab ea. Vnde Augustinus dicit. Si te delectat hic mundus, spernis te esse mundum, si autem iam te non delectat hic mundus, iam tu es mundus, si autem fueris mundus, non
Eccl. 3. remanebis in mundo. Quinto, quia qui amat mundum, amat periculum, & qui amat periculum
Augus. in illo peribit. Vnde Augustinus dicit. Ama seculum & absorbebit te, amatores suos uorare nouit, non portare. Mundus est fornax babilonica igne succensa.
Bern. Domus ardet (inquit D. Bernardus) & ignis instat à tergo, & tu mones non egredi, uel iam egressum regredi.

Amor superfluus fugiendus est propter tria.

PRimo. Quia superfluus amor est radix multorum malorum. quem amorem in hominibus

huius mundi insinuans dicebat ad Thimotheum. Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blaphemi &c. Vsque ad id, & hos deuita. Malorum causa est amor sui, & radix, & fons. Secundo quia hominem excecat, adeò ut non uideat seipsum, nec cognoscat. Vnde Bernardus dicit, amor uel odium ueritatis noscit iudiciũ. Et Gregorius. Vehementer claudit oculum amor priuatus. Ex quo fit, ut quod nos agimus, graue esse non existimemus, & plerunque quod agitur à proximo nimis nobis detestabile esse uideatur. Sed quare hoc? Nisi quia nec nos sicut proximum, nec proximum sicut nos conspicimus. Si autem nos sicut proximum aspiceremus, nostra reprehensibilia districtè uideremus, & rursum si proximum aspiceremus ut nos, nunquam nobis eius actio intollerabilis appareret. Tertio fugiendus est, quia qui amat se, perdet se. Qui amat animam suam (dicebat seruat or noster) perdet eam. Animam amare (dicit Chrisostomus) est animæ inconuenientia facere. Vnde dicit Ecclesiasticus. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gau-

2.Ti. 3.
Bern.
Grego.
Ioan. 12
Chriso.
Ecc. 18

Auguſ. dium inimicis tuis. Et Auguſtinus inquit. Si perit homo amando ſe, profecto inuenitur negando ſe. Diſce ergo amare te non amando te.

Amatur aliquis à Deo quatuor rationibus.

PRima. Propter munditiam: Sicut in prouerbiis legitur. Pro. 22 Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem. Similiter Cant. 2. in canticis canticorum habemus. Dilectus meus mihi, & ego illi qui paſcitur inter lilia, id eſt, puritate qua Deus ipſe delectatur. Secundo, propter humilitatem. Vnde Eſa. 66. Eſaias dicebat. Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum? Apud nanque dominum non eſt quicquam humilitate ſublimius. Tertio, propter dilectionem. Diligit dominus diligentes ſe, ſicuti in Prouerbiis legitur. Pro. 8. Ego diligentes me diligo. Quarto, propter libertatem, quæ multum aſſimilat deo, qui ex libertate fecit, quicquid fecit. Vnde Paulus dicebat. Hilarem datorem di- 1. Co. 8. ligit Deus. Quicquid igitur boni

facis, cum hilaritate facias, & tũc bene facis, si autem cum tristitia facit, fit de te bonum, non tu facis. dicit pater Augustinus. August.

Amoris Dei incitamenta sunt quinque.

PRimum est natura. Si naturaliter amat filius patrem, à quo habet partem corporis sui, quanto magis deum amare debet, qui corpus integrum, & animam ex nihilo fecit? Si parentes qui nos genuerunt diligimus, quanto magis parentum creatorem diligere habemus, auctoremq; nostrum summè uenerari? Amandus est genitor, sed præponendus est creator. Amandi sunt parentes, & amici, sed non plusquam Deus. Secundum quod hominem potest ad amandum Deum incitare, est, quia Deus hominem fecit. Vnde Ecclesiasticus dicit. In tota anima tua dilige eum qui te fecit. Et Augustinus. Miser ergo quantum diligere deum meum debeo, qui me fecit, cum non eram, de nihilo me fecit, & dedit mihi uiuere, sentire, & discernere, ut semper esset apud

Ecc. 7.

August.

me ſuum memoriale? D. quoque
Bern. Bernardus ait. Parum ne tibi uidetur.? Hæc inquit cogita, qualem te fecit. Nempe ſecundum corpus, egregiam creaturam, ſecundum animam, magis imaginem creatoris inſignem, rationis participem, beatitudinis æternæ capacem. Item
Auguſ. Auguſtinus dicit Belluas. Deus proſtratas in faciem fecit, paſtum quærentes de terra, te in duos pedes erexit, non diſcordet cor tuum à facie tua. O, quàm magnum beneficium dedit Deus homini? Cui corpus integrumq́ue animam tribuit. Quot enim membra ſunt in corpore, tot beneficia inuenies magna. Si quis amiſiſſet oculum, quantum eum diligeret, qui ſibi illum reſtitueret? Etiam ſi quis eum amittere meruiſſet, quantum diligeret ſibi oculum conſeruantem? Nec minus amandus, diligendus eſt Deus, qui ab initio illum dedit, & qui tantum conſeruauit, cum multotiens eum contra deum exercendo, ipſum amittere meruerit. Quod dixi de oculo, de ceteris membris co-
Auguſ. gita. Item ſi quis uſum rationis amiſiſſet, quantum amaret eum, qui ſibi illum reſtitueret? Quo modo igitur amandus eſt Deus, qui rationis

uſum

usum ab initio dedit? Et si mortem meruisses, quantum illum diligeres, qui tibi eam restitueret, uel remitteret? Quo itaque pacto diligendus est ille, qui mirabiliter corpus, & animam coniunxit, & hanc coniunctionem tibi seruauit? cum peccando, mortem multotiens meruisses? Vnde D. Bernardus dicit. Valde omnino mihi amandus est, per quem sum, uiuo, & sapio; dignus planè est morte, qui tibi domine Iesu recusat uiuere. Tertium est, omnes creaturæ. Vnde Cassiodorus ait. Omnis te creatura operis tui bonitate collaudat. Et Augustinus dicit. Domine cælum & terra, mare & omnia, quæ in eis sunt, dicunt mihi undique ut amem te, nec cessant dicere omnibus ut sint inexcusabiles. Vnde Iob inquit. Interroga iumenta, & docebunt te, & uolatilia cæli & indicabunt tibi; loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt tibi pisces maris. Idcirco Augustinus ait. Mirum est, quo modo homo deum semper non laudat, cum omnis creatura ad eum laudandum inuitet. Quartum est, amor quem in nobis habuit. Vnde Paulus ad Corinthios ait. Caritas Christi urget nos. Et D.

Bern. Cassio. Augus. Iob. 12. Augus. 2. Co. 5.

Bern. Bernardus. Amore æterno prouocas, suscitasque ad te amorem nostrum. Augustinus quoque dicit. Amari se exigit, qui omnes amat, quia charitas est. Quod deus amet nos quatuor rationibus, in sequenti capitulo cognoscetur. Quintum est, bona quæ ex amore dei proueniunt. Require hoc in sequentibus.

Augus. (margin note beside "strum")

Amor Dei in quatuor potest cognosci.

PRimo. In hoc, quòd ipse prior dilexit nos, sicut dicit Ioãnes. In hoc est charitas dei non quasi nos dilexerimus deũ, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Vnde Aug. dicit. Docuisti nos amare te, cum tu prior dilexisti nos. Homo enim prius est amatus, ut diligentem postea diligeret, in quò multi nolunt imitari eum, nolunt prius amare aliquem, nisi prius ametur ab eo, nec bene facere alicui, nisi prius benefecerit eis. Contra quos dicebat Christus. Si diligitis eos qui uos diligũt, quam mercedem habebitis, nonnè & publicani

1. Ioã. 4. · Augus. · Mat. 5. (margin notes)

hoc faciunt. Secundo, in hoc, quod cum esset immensus, tamen amorem suum posuit in homine, qui quasi putredo, & uermis est. Vnde Iob dicebat. Quid est homo quia magnificas eum? Aut quid apponis erga eum cor tuum? Similiter & Dauid dicebat. Domine quid est homo, quia innotuisti ei, aut filius hominis, quia reputas eum? Nec solum uoluit hominem amare, sed etiam uult ab homine amari sicut dicit Augustinus. Amat siquidem Deus, ut ametur, nec aliud uult quam amari, sciens isto amore beatos esse qui se amauerint. Idem quoque ait, Domine quid sum ego, ut me amare te iubeas, & nisi hoc faciam irasceris mihi, & minaris ingentes miserias? in quo pauci uolunt imitari eum, ut cum ipsi sint origini in personis humilibus amorem suum ponere nolunt, non attendentes illud Iacobi. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo? &c. Et illud etiam Prouerbiorum. Qui despicit pauperem exprobrat factori eius. Vnde Ambrosius dicit. Nihil grauius quàm ut fratres nostros pauperes, superbo oculo despiciamus, nostra indignos gratia iudicantes, quia sunt inopes, cùm pauper-

Iob. 7.

Psa. 114

Augus.

Augus.

Iaco. 1.

Pro. 17.

Ambr.

tas ſit deo quã theſaurus acceptior.
Greg. non ſunt ergo (inquit Gregorius) deſpiciendi pauperes, ut egeni, ſed rogandi ut Patroni. Tertio in hoc quòd ipſe gratis nos dilexit, non propter aliquam ſuam utilitatem,
Iob.35. ſed propter noſtram. Vnde Iob dicebat. Si iuſtè egeris quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?
Ambr. Sed ſicut dicit Ambroſius. Quicquid à te procedit, in te recurrit, & quicquid fueris tibi proficit. Accepta eſt tamen deo humilitas noſtra, qui amat quod propter ſe minime quærit, & deſiderat quòd haud indigemus, ſed benignus ipſe indignos nos amat tanti amoris, & amatoris. Quarto in hoc quòd ipſe mori pro nobis uoluit. Vnde Ioannes
1. Io. 3. dicebat. In hoc eſt caritas dei, quoniam ille pro nobis animam ſuam poſuit. Ioannes hoc Auguſtinus
Auguſ. conſiderans piè meditabatur dicẽs. O bone Pater quantum nos dilexiſti, qui proprio filio non peperciſti, ſed pro nobis illum tradidiſti. Multum nempe debitores ſumus deo, qui ut ſeruum liberaret filium ſuum morti tradidit.

Amor dei sex bona facit.

PRimum, quia diligentes se di ligit, quemadmodum ueritas Ioan. 14
ipsa Christus Seruator hoc te statur inquiens. Qui diligit me, di ligetur à patre meo. Et in Prouer- Pro 6.
biis dicitur. Ego diligentes me di- ligo. Vnde D. Bernardus dicebat. Bern.
Quid fælicius, aut quid beatius es- se potest, quàm ab eo diligi, qui est Dominus Paradisi, qui habet po testatem uitæ, & mortis, damnare & saluare, damnare quos odit, & saluare quos diligit. Idem quoque ait. Quid tibi uidetur amator Chri- Bern.
sti, cultor dei, despector mundi, de præmio amoris tui? Quid tibi mali nocere poterit? aut quid tibi boni poterit deesse, si ille te diligit, qui de nihilo cuncta creauit? Secun- dum est, quia custodit. Custodit dominus omnes diligentes se, dicit David. Nulla enim res sic ab omni Ps. 144
peccato custodit, sicut amor dei, & timor supplicii. Tertium est, quia feruentes facit, sicut fecit apo stolum dicentem. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scanda- lizatur, & ego non uror. Vnde 2.Co. 11

Deus diligentibus se. &c. Et in libro Iudicum legitur. Qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent. Vnde Augustinus dicit. Beati enim uerè, & perfectè beati, qui uerè, & perfectè amant te, nullus autem & nullo modo beatus, qui non amat te. Iudic. 5 August.

Amoris Dei signa sunt septem.

PRimum est cũ aliquis de Deo loquitur; Quod enim mens ualde amat, id etiam in sermone sępius replicat. Nequeunt amantes amorem silentio tergere, sed eorum affectio abundantiam uerborum transmittit. Secundum est, cum aliquis libenter dat pro Deo. Vnde in ultimo canticorum dicitur. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Ad hoc (cum probatio dilectionis sit exhibitio operis) accedit id, quod dilectus Christi dicebat. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit uiscera eius ab eo quo modo charitas Dei manet in Cant. ultimo. 1. Ioa. 3

Bernar. eo? Tertium eſt, cum aliquis pro deo libenter patitur. Vnde D. Bernardus dicebat. Qui diligit me, ueniat in campum, non refugiat mecum, & pro me inire certamen.

Greg. Bern. Quartum eſt, cum quis libenter operatur, diuinum imitans amorem, qui ſecundum B. Gregorium, & Bernardum, nuſquam eſt ocioſus, ſed magna operatur, ſi eſt, ſi uerò operari renuit, amor non eſt. Et qui uerè deum diligunt, tepeſcere nequeunt. Quintum eſt, cum aliquis in domo dei libenter eſt. Vnde de Anna dicitur, quòd non diſcedebat de templo. Christus etiam

Luc. 2. cum duodecim eſſet annorum, inuentus eſt in templo. Qui matri

Ibidem ſuæ & Ioſeph dixit: Neſciebatis, quia in his quæ patris mei sũt, oportet me eſſe? &c. Ipſe etiã ingreſſus urbem primo templum adiit, dans formam religionis, ut quocunque imus, primum domum orationis ſi ibi eſt adeamus. Sextum eſt, cum quis libenter uerbum dei audit. Si-

Luc. 2. cut in exemplum Maria Magdalena adduci poteſt, quæ ſedens ſecus Pedes Domini audiebat uerbum il-

Ioan. 14 lius. Ideo dicebat Chriſtus. Qui audit mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Septimum eſt,

cum quis frigeſcit à ſolicitudine, & amore Dei. Vnde Gregorius Sanctus dicebat. Tanto frigeſcit quis à curis ſeculi, quanto ſurgit ardentius in amorem Dei. Greg.

Amoris proximi incitamenta ſunt quinque.

PRimum eſt, ſcriptura, ſicut nos docuit Chriſtus dicens. Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Luc, 10 Et iterum. Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem ſicut dilexi uos. Ioan. 12 Secundum eſt fraternitas naturalis, quæ eſt inter omnes homines. Sicuti enim Patrem unum cõmunem in cęlo habemus, ueluti Propheta Malachias hoc teſtatur inquiens. Mal. 2. Nunquid non pater unus omnium noſtrum? ita una eſt omnium noſtrum naturalis fraternitas. Vnde pater Auguſtinus dicebat. Auguſ. Si putamus non eſſe proximos, niſi qui de eiſdem parentibus naſcuntur, Adam, & Euam intendamus, & omnes fratres ſumus. Et propterea Deus uoluit creare parentem unũ de quo multitudo propagaretur, ut in hac monitione etiam in multis concors unitas ſer-

naretur. Tertium est fraternitas
Augus. spiritualis. De qua dicebat Sanctus Augustinus. Omnes quidem fratres secundum quod homines sumus, quanto magis secundum quod christiani? Ad id quod es homo, unus Pater Adam fuit, una Mater fuit Eua; Ad id quod Christianus unus est Deus, una Mater Ecclesia. Hæc fraternitas tanto melior est fraternitate naturali, quanto meliorem habet patrem, scilicet Deum. Vnde Christus dicebat. Et patrem nolite uocare super terram, unus est enim pater uester qui in cęlis
Mat. 23 est. Quartum est, quia fraterna dilectio semper placet Deo. Vnde in
Ecc. 25 Ecclesiastico dicitur. In tribus placitum est spiritui meo quæ sunt probata coram deo & homnibus, concordia fratrum, & amor proximorum, & uir, & mulier sibi bene consentientes. Et hoc tribus rationibus ostenditur. Prima in communi plasmatione, omnes enim ad imaginem suam creauit. Secunda in com
Gen. 1. muni redemptione, pro omnibus nanque mori uoluit, tam pro diui-
Ro. 8. tibus, quàm pro pauperibus. Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidi
Tim. 2. uoluit. dicit D. Paulus. & ad Ti-

motheum. Vnus enim Deus, unus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. Vnde D. Augustinus dicit. Apprehende proximum tuum ex hoc præcio, ne tibi uilescat. Tertia in communi susceptione. Vnde Paulus dicebat. Hoc enim bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro qui omnes homines saluos fieri uult, & ad agnitionem ueritatis uenire. Quintum quia est templum spiritus sancti. Ne scitis (dicebat D. Paulus) quia uos estis templum dei, & spiritus sanctus habitat in uobis? Si quis autem templum dei uiolauerit, disperdet illum Deus. Sanctus quoque Hieronymus dicebat. Verum Christi templum, anima credentis est, illam exorna, illam uesti, in illa Christum suscipe. Augus. Tim.2. 1. Co.3 Hieron.

Anima fidelis dicitur templum Dei propter septem.

PRimo. Quia est locus orationis. Vnde Christus docens nos orare dicebat. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum &c. id est conscientiam tuam; & Mat.6.

claude ostium, idest, ne uelis inde
Mat. 21 laudes hominum. Et iterum. Domus mea, domus orationis est. Secundo quia in ea offertur sacrificiũ.
Psa. 50. Vnde Dauid Rex dicebat: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum &c. Tertio quia sunt ibi cruces intus, & foris; Cruces intus sunt mortificationes propriæ uoluntatis, & spiritualium uitiorum. Vnde dicebat
Mat. 20 Christus. Si quis uult post me ueni re, abneget semetipsum & tollat crucem suam &c. Cruces foris sunt mortificationes carnis, & carnaliũ uitiorum. Vnde Paulus dicebat.
Gal. 5. Qui autem sunt Christi carnem suã crucifixerunt cum uitiis & concupiscentiis &c. Quarto, quia inde pictæ sunt imagines sanctorum, idest memoriæ, & imitationes eorum. Vnde Paulus de sanctis uerba faciens dicebat. Quorum intuen-
Heb. ultimo. tes exitum conuersationis imitami ni fidem. Quinto, quia est ibi aqua benedicta, idest lacrimarum effusio. Sexto quia ibi sunt lampades ardentes ante thronum. Vnde Chri-
Mat. 5. stus dicebat. Sic luceat lux uestra, &c. Petrus etiam dicebat, Ex bonis
1. Pet. operibus uos considerantes, glorificent deum in die uisitationis. Se-

ptimo quia est in altare, idest Christi, sicut dicit Paulus ad Hebræos. Heb. 12
Habemus altare de quo edere non habent &c. De his omnibus suple sic & in anima. De hoc templo dicit Augustinus. Votum Christi templum est anima credentis, illam exorna, illam uesti, illi offer donaria. Augus.

Animæ peccato infirmæ sanitatem conferunt septem.

PRimum est peccati cognitio, quæ cognitio est principium sanitatis animę. Vnde ait Augustinus si cognoscis, ille ignoscit, & si non cognoscis, ille non ignoscit. Augus.
Secundum est peccati desertio. Vnde apud Esaiam legimus. Si reuertamini, & quiescatis, salui eritis. Esa. 30.
Et apud Hieremiam clamat Deus. Conuertimini filii reuertentes & sanabo aduersiones uestras. Hier. 3
Tertium est perfecta cordis contritio. Dicit Psaltes regius; Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Ps. 146.
Quartum est, deuota uerbi Dei auditio. Misit uerbum suum & sanauit eos. Psa. 102
Dicit Daniel. Et sapientia ait. Neque herba

Sap.61. uidelicet malagma sanauit eos &c.
Quintum est in se peccantis remis-
Luc. 6. sio. Vnde apud Lucam legitur. Di-
mittite, & dimittetur uobis, &c.
Sextum est, deuota oratio. Veluti
Psa.29. deuotè Dauid orabat dicens. Domi-
ne deus meus ad te confugi & sana-
sti me. &c. Septimum est misericor-
diæ exhibitio, ueluti nos Esaias in-
Esa.80. struens dicebat. Cum uideris nu-
dum, operi eum, & carnem tuam ne
despexeris, tunc erumpet quasi ma-
ne lumen tuum, & sanitas tua ci-
tius orietur.

Animam illuminant quinque.

Luc.18 PRimum est fides. Apud Lu-
cam dicitur. Respice fides tua
te saluum fecit. Vnde Augu-
Augus. stinus dicit. Fides est illuminatio
mentis, quæ illuminatur à prima
luce ad uidendum bona spiritualia.
Io. 9. Secundum est humilitas. Vnde
Christus dicebat. Ego in iudicium
ueni in mundum, ut qui nõ uident,
idest, qui uidere se haud extimãt,
quod est humilium, uideant, & qui
uidẽt, quod est superborum, cæci
fiant. Tertium est dilectio. Vnde

dicitur in Apocalip. Collirio inunge oculos tuos ut uideas. dilectio enim proximi purgat oculum ad uidendum Deum. Et quantum unaquæque anima lata fuerit in amore proximi, tantum alta erit in cognitione dei. Quartum est, effusio lacrymarũ, hoc significatum est in cæco nato, qui lauit oculos in Natatoria Syloe, abiit ergo & lauit, & uenit uidens. Vbi sane lacrymæ fuerint, ibi spiritualis ignis accenditur, qui secreta mentis illuminat. Quintum est sacrarum scripturarum deuota auditio. Vnde Esaias ait. In die illa audient surdi uerba libri, & oculi cæcorum uidebunt. Et Dauid quoque dicit. Declaratio sermonum tuorum Domine intellectum dat paruulis &c. E contra, qui non deuotè & libenter audit uerbum Dei, est signum obcæcations, & perditionis. Vnde S. Gregorius dicit. Nullum adeo certum perditionis signum, ut non libenter audire uerbum Dei.

Apoc. 3

Ioan. 9.

Esa. 29.

Psa. 118

Greg.

Angeli gaudent de conuersione peccatorum propter tria.

PRimo, propter sui ministerii complectionem . est enim ministerium eorum ut moueant ad pænitentiam. Nonne omnes sunt
Heb. 1. administratorii spiritus? Inquit Pau
Bern. lus. Vnde Bernardus inquit. Non dedignabuntur esse socii nostri, qui iam facti sunt ministri nostri. O quàm gratanter accipient in palatio quos dignanter uisitant in sterquilinio. Secũdo propter dęmonum confusionem. Dæmones enim confunduntur, cum aliquis ad pæniten tiam conuertitur, quod est gaudium angelis. Vnde in Apocalip. legitur proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui uocatur diabolus, & satanas, qui seducit
Apo. 12 uniuersum orbem &c. Et postea dicit. Lętamini cæli, & qui habitatis
Bern. in eis. D. etiam Bernardus ait. Gaudent angeli in conuersione peccatorum, salutem hominum sitientes, lacrymæ pęnitentium uinum eorum, eò quod in illis odor uitæ, sapor gratiæ sit, indulgentiæ gustus, reconci-

conciliationis iucunditas, sanitas redeuntis innocentiæ, serenatæ sua uitas conscientæ. Tertio propter dei honorem; Peccator cum conuertitur honorat dominum, quod est gaudium angelis. Vnde legimus in libro Iosue. Fili mi da gloriam deo, & confitere peccatum tuum. Iosu. 7.
Et D. Bernardus dicit. Exultare fecimus angelos, quando conuersi sumus ad pænitentiam. Festinemus ergo de nobis ipsis eorum adimplere lætitiam. Summa nempe felicitas est, ut de salute nostra exultent cælestia. Bernar.

Angelus deputatus homini septem bona facit.

PRimum est, quia excitat hominem à somno peccati, ut figuratiuè in Petro in carcere uincto uideri potest. de quo legitur. Percussoque latere Petri excitauit eum &c. Petrus enim in carcere uinctus, denotat peccatorem in praua consuetudine peccati uinctum. Act. 12.
Vnde in prouerbiis dicitur. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringetur. Pro. 5.
Secundum est, quia incitat ho-

minem ad bene operandum, quemadmodum in Helia sub umbra Iuniperi dormiẽte figuratiue possumus
3. Reg. 19. uidere, cui Angelus dixit. Surge, comede, grãdis enim tibi restat uia. Tertium est, quia arcet contrarias potestates, quæ sæpe hominem in peccato existentem suffocaret, si eis
Tob, 8. permitteret, ceu apud Tobiam legimus, quòd Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris egypti. Qui dęmon septem uiros ad illam saram ingressos occidit. Quartum est, quia hominem in animi angustiis positum consolatur, sicut legimus de Angelo ad Christum in passionis oratione accessu. Accessit An
Luc, 22 gelus confortans eum. Quintum est, quia orationes & operationes nostras coram deo repręsentat, ueluti testatur ipse Angelus cum To
Tob, 12 biam alloqueretur dicens. Ego obtuli orationem tuam domino, &c. Sextum ab incursibns ac periculis mundanis hominem defendit. Sicuti exemplum habemus de populo Israelitico in terram promissionis introducto, cui in die præcedebat angelus in columna nubis, & in nocte in columna ignea. Per Angelum etiam Loth ab incendio Sodome li-

beratus est. Tres quoque pueri de fornace; Daniel de lacu Leonum illęsus euasit. Et multi alij per Angelos conseruati sunt; idcirco Dauid cātabat. Angelis suis deus mandauit de te, ut custodiant te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum, &c. Septimum est, quia homini in necessitate cibum subministrat, sicuti de Daniele in lacu leonum cibato per Abachuc illuc ab Angelo delatum legimus. Sic legitur etiam de Helia, cui per angelū allatus est panis subcineritius. Sic etiam de Christo legitur, quòd in fine sui ieiunii, Accesserunt Angeli ad eum, & ministrabant ei, &c. Ideo Paulus dicebat, ipsos nostros esse administratorios, &c.

Psa. 90. Dan. 15 3. Reg. 19. Mat. 4. Heb. 1.

Appetitum propriæ excellentiæ dissuadent nobis Tria.

PRimum est, quia qui in loco dignitatis sunt, in maiori periculo sunt. Honores (inquit D. Hieronymus) pericula secum trahunt, & quanto maior honor tanto maiora pericula. Altissimi montes crebris fulminibus feriun-

Hieron.

Auguſ. tur. Et Pater Auguſtinus ait. Quan to in loco ſuperiori, tanto in maiori periculo. De hoc etiam appetitu
Bern. D. Bernardus inquit. O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torques, & omnibus places, nil acerbius cruciat, nil moleſtius inquietat. Secundum eſt, quia in ma
Hieron. ioribus criminibus etiam ſunt, qui præſunt. Vnde Hieronymus dicebat. Caue honores, quos ſine culpa tenere non potes, ſublimitas .n. honorum magnitudo ſcelerum eſt. Sicut enim minorem maior præcedit honore, ita & crimine. Nam diuitiæ, honores, & potentiæ abſtrahunt hominem à recto itinere. Tertium eſt, quia maiori pœna punientur, qui in loco dignitatis male ſe
Apo. 18 habuerunt. Vnde Ioannes dicebat. Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum. Et ſapientia intonat. Po
Sap. 6. tentes potenter tormenta patientur. Ideo docet Hieronymus. In ma
Hieron. iori gradu maior ſine dubio pœna.

Ariditas multiplex.

QVidam Habent ariditatem, qui ſine deuotione, ſine affectione, ſine compaſſione, &

sine bona cogitatione sunt. In quo rum persona loquitur Psaltes inqui ens. Percussus sum ut fœnum, & Psa. 101
aruit cor meum; quæ ariditas, procedit ex defectu auditionis uerbi Dei. Vnde sequitur. Quia oblitus sum comedere panem meum. Vnde Gregorius dicit. Nullum adeo cer Greg.
tum signum perditionis est, quàm non libenter audire uerbum Dei. Alij habent linguas aridas quãtum ad bonas locutiones, quia nec orant, nec confitentur, nec exhortantur alios ad bonum, nec deum laudant in Ecclesia cantando cum aliis. Vnde Tren. quarto dicitur. Tren 4.
Adhesit lingua ad palatum eius; & hanc facit detractio. Alii habent manum aridam, non sinistram, sed dexteram; quia ad mala opera facienda sunt potentes, bona autem facere nolunt. Vnde Zacha. dicebat Brachium eius ariditate siccabitur, & oculus eius dexter tenebrescens obscurabitur. Et hęc prouenit ex auaritia. Alii sunt toti aridi, & in corde quantum ad bonas cogitationes, & in manu quan tum ad bonas operationes, & in lin Zac. 11
gua quãtũ ad bonas locutiones. Vn Psa. 21.
de Dauid dicebat. Aruit tanq̃ testa uirtus mea. Testa.n.tota arida est.

Auaritia fugienda est propter quatuor.

PRimo, quia natura docet; uoluit enim natura terram infirmam esse inter creaturas, & pedibus omnium conculcari, docens nos in hoc absque dubio quòd debemus conculcare pedibus mentis, & contemnere terrena ista. Et cum anima secundum naturam ad imaginem sit dei facta, & non ad similitudinem alicuius inferioris, potius debet contemnere terrena, &
Bern. amare cæleстia. Vnde D. Bernardus dicit. Ad imaginem dei factus es, ut superna aspicias, & terrena non quæras. Item anima naturaliter purior est cælo, tanquam Deo similis. Exaltata debet ergo esse à terrenis, sicut exaltati sunt cæli à terra, nam cęlum est ubi Deus habitat. Si igitur habes cor, si tibi est lumen oculorum, desine ea sequi, quæ assequi miserum est. Secundo, quia deo multum displicet. Vnde
Psal. 30 Dauid ait. Odisti obseruantes uanitates, idest temporalia, superuacuè, idest ultra necessitatem. Et
Zac. 1. Zacharias etiam dicit. Ira magna

ego irascor super omnes gẽtes opulentas. Et Esaias. Propter iniquitatem auaritiæ iratus sum, & percussi eum. Sed de hac materia in sequenti capitulo abundantius tractabitur. Tertio, quia Diabolo multum placet. De hoc etiam in sequẽtibus clarius dicetur. Quarto, quia homini multum nocet; Hoc etiam in capitulo de malis auaritiæ copiosius tractabitur. Esa. 57.

Auaritia displicet Deo propter quatuor.

PRimo, quia auarus sibi appropriat ea quæ data sunt ei à domino, cum ipse nihil habeat à semetipso. Vnde Iob dicebat. Nudus egressus de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. ideo Isydorus dicebat. Circumspice te ipsum ò homo, nil tibi arrogas, quæ in te sunt, præter peccatum, sed omne bonũ quod habemus, à deo habemus. Legimus ét in ultimo Paralip. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Idcirco Paulus concludebat. Quid ergo habes quod non accepisti, & si accepisti Iob. 1. Isyd. Para. ultimo. 1. Co. 4

cur gloriaris quasi non acceperis ?
Sæpe enim Dominus dat bona tem
Orig. poralia ut attrahat homines ad pæ-
nitentiam, ueluti Orige. dicit. Co
piosa bonitas dei; quæ multis pec-
cantibus multa bona ministrat, blan
diens ut ad pænitentiam attrahat;
dat etiam temporalia ad dispensan-
dum, non ad dominandum. Iam nõ
Hieron. sunt tua quæ possides (ait Hierony-
mus) dispensatio tibi credita est. Et
Augus. sanctus Augustinus dicit. Fecit De-
us pauperem, ut probet hominem,
& fecit Deus diuitem, ut probet il-
lũ de paupere. Vnde sciunt auari,
quia omne quod retinent ultra ne-
cessitatem suam, ad mortem suam
retinent, quia diuitiæ, & paupe-
res in die iudicii contra eos cla-
Iac. 5. mabunt. Vnde D. Iacobus dice-
bat ad diuites. Agite nunc diui-
tes, plorate ululantes in miserijs ue-
Bern. stris &c. Et D. Bernardus dicebat.
Clamant nudi, clamant famelici, &
conqueruntur dicentes. Nobis fa
me & frigore miserabiliter laboran-
tibus quid conferunt tot mutato-
ria uel extensa in perticis, uel pli-
cata in manticis, nostrum est quod
effunditis, nobis crudeliter subtra-
hitis, quod inaniter expenditis, &
sumus plasmatio dei, & Christi san-
guine

guine redempti. Secundo quia non solum sua facit, sed Christo petenti non tribuit. Sicut inquit Hieremias. Locutus sum ad te in abundantia tua, & dixisti non audiam. Augustinus loquens de auaro dicit. Christus tibi dicit, da mihi de eo quod dedi tibi, de modo quæro, & mihi non das, de modo da, & reddo, habuisti me largitorem, fac me debitorem; ideo dicet eis in iudicio. Esuriui & non dedistis mihi manducare, &c. Ite maledicti in ignem æternum. Tertio displicet deo auaritia, quia per eam obliuiscitur. Oseæ decimotertio dicitur. Adimpleti sunt, & saturati sunt, & eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei. Non.n. uidere deum potest, qui inheret terrenis; nec qui felicitatem quæsitam in terris inuenit, auctorem qui eam tribuit, quærere ualet. Quarto, quia auarus Deum despicit. Tunc Deum despicit, cum ei uilissimam creaturam postponit, magis enim diligit denarium, uel agrum, seu domum, quàm Deum, & inde fit idolatria, sicut dicit Paulus, Auaritiam idolorum esse seruitutem. Et August. ait. Ab homine colitur, quod præ ceteris diligitur.

Hier. 22
Augus.
Mat. 25.
Ose. 13.
Eph. 5.
Augus.

Auaritia placet diabolo propter tria.

PRimo, quia auaritia est laqueus diaboli, sicut dicit Sanctus Paulus. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli, & in tentationes &c. Et Hieronymus appellat auaritiam, laqueum diaboli. Et Augustinus dicit; Qui diuitias cupiunt, capi cupiunt. Secundo, quia auari ministri eius sũt. Vnde Hieremias dicebat. Seruietis dijs alienis, idest demonibus, qui nó dabunt uobis requiem die ac nocte; idest in prosperitate, & in aduersitate. Et Ioãnes Christi dilectus ait. Mũdus totus, id est, mundi amatores, in maligno positus est, idest, in maligni potestate. Tertio, quia auari, cibus eius sunt. Vnde legimus in Genesi, quando Dominus dixit serpenti, terrã comedes, omnibus diebus uitæ tuæ, idest terrenorum amatores. Et Esaias dicebat. Serpenti puluis panis eius. quod Augustinus concludens ait. Ne sis ergo puluis, si non uis comedi à serpente, &c.

2. Ti. 6. Hieron. Augus. Hier. 16 Ioan. 5. Gen. 3. Esa. 45. Augus.

Auaritiæ mala sunt sex.

PRimum, quia hominem ad misericordiam indurat; de quo homine indurato loquitur Iob dicens. Cor eius indurabitur quasi lapis. Et Zacharias quoque ait. Cor suum posuerunt ut adamantem ne audirent legem. Similiter & Lucas. Et nemo illi dabat. In quo denotatur diuitis immisericordia, & familiæ suę. Vnde Amos. Bibentes uinum in phialis, & optimo unguento delibuti, & nil patiebantur super contritiones Ioseph. Secundum est, quia hominem affligit. Labor stultorum (ait Ecclesiasticus) affliget eos. Et illud etiam: Saturitas diuitis non sinit eum dormire, nunquam enim mentis requiem habere potest, qui curis terrenis se submittit; idcirco homo semper quæ cor suum laniant proijcere debet. Tertium est, quia hominem obscurat ne de se cogitare possit. Vnde Psaltes regius dicit. Repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum. Et Amos. Ne scierunt facere rectum, dicit dominus, Thesaurizantes in iniquitatem

Iob. 40.
Zach. 7
Amo. 6.
Ecc. 10
Ecc. 5.
Psa. 73.
Amo. 3.

& rapinam in ędibus tuis. Vnde
Hieron. Hieronymus ait: Non poterit alta conspicere oculus, quem puluis claudit. Quartum est, quia auarus in oratione non exauditur. Vnde
Iob. 27. de Iob inquit. Nunquid audiet Deus clamorem illius, cum uenerit super
August. per eum angustia? Et Augustinus: Dicis, da mihi domine, & manus habes in aliud occupatas, non habet Christus ubi sua ponat. Quintum est, quia auarus semper est timi-
Iob. 15. dus. Vnde Iob dicit. Sonitus terroris semper in auribus eius, & cũ pax sit, ille semper insidias suspicat? Videt regem, & æstimat prędonem, uidet pauperem & suspicatur furem. Ideo dicitur quòd auaritia est pacis inimica, & charitatis ignara. Sextum est, quia maledictionem
Amos. 6. nem ęternam acquirit. Vnde Amos dicebat. Vę uobis qui opulẽti estis
Abac. 2 in syon. Et Abachuc. Væ ei qui multiplicat non sua, usquequo aggrauat contra se densum lutum. Et Pa
August. ter Augustinus ait. Væ illis qui uiuunt, ut augeant res perituras, un-
August. de æternas amittant. Item Quæ est ista animarum insania, amittere uitam, appetere mortẽ, acquirere aurum, & perdere cælum.

Auaritiæ occasiones sunt quatuor.

PRima est familiaritas cupidorum,& auarorum, sicut enim carbones uiui carbonem mortuum accendunt, sic diuites uerbis & exemplis igne cupiditatis familiares suos inflammant. Vnde Sententia est Ecclesiasticis. Qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea, &c. Secunda quia homo attendit in diuitiis, solum illa per quæ potest uideri prætiosus, ea uerò per quæ in ueritate contemptibilis est, non attendit. Ideo (inquit Gregorius) homines temporalia diligunt, quia quàm fugitiua sunt non attendunt. Tertia est amor filiorum, per quos parentes male congregant diuitias, & sibi æternam gehennam præparant. Vnde Chrisostomus ait. Quid tibi prodest quòd filijs præpares hereditatem, & tibi tormētorū acquiras immanitatem? Quarta est, quòd homo sibi longam uitam repromittit, de qua repromissione dicitur in Ecclesiastico. Repromissio nequissima multos perdidit. Talis erat ille de quo legitur in Luca. Stul

Ecc. 13 Greg. Chriso. Ecc. 29. Luc. 12

te in hac nocte repetent animam tuam &c. Hæc repromissio est nequa, silicet, quando homo sibi usurpat proprium dei existens, silicet
Act. 1. de futuro disponere. Vnde in actibus Apostolicis legitur. Non est uestrum nosse tempora uel momenta quæ pater posuit in sua potestate. Nequior est, cum tempus infiniti ualoris sibi à deo datum fatuè expendit, adhuc tamen præsumit quòd Deus multum sibi sit daturus. Nequissima est quando talis non tantum tempus sibi datum perdit, sed etiam in contumeliam ipsius largitoris expendit, & futurum tempus in contumeliam illius expendere disponit. Qua ergo fronte præsumit, quòd Deus qui ista nouit debeat sibi longam uitam dare?

Auaritiæ remedia sunt quinque.

Hieron. PRimum est mortis consideratio. Vnde D. Hieronymus dicebat; Facile contemnit omnia, qui semper se cogitat moriturum. Sicut enim aues, & pisces regunt se caudis suis, & iumenta defendunt se ab importunitate mus-

carum, sic homo regit se consideratione finis in hoc seculo, & defendit se ab auaritia & ceteris uitiis, & solicitat se in bono opere. Nam auaritiæ morbus nũquam melius compesci potest, quàm sine obliuione diem mortis meditari, & qualis postea fuerit homo in sepulcro considerare. Secundum est, dominicæ paupertatis consideratio. Vnde dicitur. Recordare paupertatis meæ, absintii, & fellis. Et B. Bernardus dicit, Magna abusio est, & nimis magna quòd diues uelit fieri uermiculus uilis, pro quo Dominus maiestatis pauper fieri uoluit. Tertium est, quòd homo elonget se à cupidis, & ab auaris. quia sicut dicit Isydorus. Periculosum est cum his qui prauæ uoluntatis sunt sociari. Melius est habere malorum odium quàm consortium. Et familiaris sit ille, qui terrena contemnit. Vnde Dauid dicebat. Cum sancto sanctus eris &c. Sanctus in greco dicitur, ἅγιος, idest sine terra. Vnde est sensus, cum eo, qui est sine terrenitate. Quartum est, diuinarum, & æternarum diuitiarum consideratio, quia ut ait Gregorius: uilescunt temporalia, cum considerantur, & desiderantur æterna.

Tren. 3.

Bern.

Isyd.

Psa. 17.

Grego.

Itidem dicebat, si consideremus fratres carissimi quæ & quanta nobis promittuntur in cælis, uilescũt animo, omnia quæ habentur in terris. Quintum est consideratio uilitatis, & infidelitatis diuitiarum terrenarum. Viles enim sunt diuitiæ, quia non possunt adiuuare hominẽ in die mortis neq; in die iudicij. Vnde dicebat Sophonias. Argentum eorum & aurum eorum non poterit liberare eos in die irę Domini, &c. Infideles sunt quia non sequuntur hominem, quemadmodũ dicit Iob. Diues cum dormierit, nihil secum aufert. Dauid etiam dicit. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt.

Soph. 1. Iob. 27. Psa. 75.

Auarus comparatur hydropico in tribus.

PRimo. In inflatione, idest in superbia, quæ procedit ex diuitijs. Vnde Augustinus ait. Vermis diuitum superbia est. Secundo in fetido anhelitu, idest, in corrupto consilio quod dant familiaribus suis. Tertio in siti insatiabili, silicet tribus de causis. Prima est, quia auarus bona, quæ acquirit

August.

aliquid uacui secum habet aufertque, sicut enim homo habet aliquẽ defectum, sic & aliꝗ creaturæ. Vnde cum auro & argento uenit defectus scrinei. Vina habent defectũ cellarij, & uasorũ, & sic de ceteris. Vnde Ecclesiastic. dicebat. Vbi multæ sunt opes, ibi sunt multi qui comedunt. Secunda, quia pecunia est res corporalis, anima uerò spiritualis, & spiritualis res, corporali implere non potest. Vnde dicebat Pater Augustinus. Fecisti nos Domine ad te, & inquietũ est cor nostrũ, donec requiescat in te. Tertia est, quia cupiditas est quasi ignis, sicut legitur in Ecclesiast. Anima calida quasi ignis ardens. Et in Prouerbijs dicit. Ignis nunquam dicit sufficit; Ignis uerò nunquam extinguitur ex appositione lignorum siccorum, sed augetur. Sic nec cupiditas extinguitur ex oppositione diuitiarũ sed augetur. Vnde illud; Crescit amor nũmi, quantum ipsa pecunia crescit. Et Augustinus. Quæ est ista auiditas concupiscentiæ, cum ipsæ belluę habeant modum? Tunc enim rapiunt tum esuriunt, parcent uero prædæ, cum senserint satietatem, sola uero auaritia diuitum semper rapit, & nunquam satiatur.

Eccl. 5.

Augus.

Ecc. 24

Pro. 30.

Augus.

Audire debemus tria.

PRimo. Diuinam legem, quemadmodum docet nos Regius cantor inquiens. Attendite
Psal. 77. popule meus legem meam &c. Et
Pro. 28. in Prouerbiis dicitur. Qui declinat aurem suam ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis. Secundo prælatorum iussionem. Vnde Pau-
Heb. ultimo. lus dicebat. Obedite præpositis uestris, & subiacete eis. Et etiam seruator noster ait. Qui uos audit,
Mat. 10 me audit &c. Tertio pauperum clamorem. Vnde Tobias instruens fi-
Tob. 4. lium suum dicebat. Ne auertas oculos tuos ab ullo paupere. Et in pro
Pro. 20 uerbijs. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperum, & ipse clamabit & non exaudietur.

Beneficium Dei triplex.

PRimum est expectationis qua Deus peccatores patienter expectat. Vnde Esaias dicebat.
Esa. 30. Expectat nos Deus, ut misereatur nostri. Et D. quoq; Augustinus in-
Augus. quit. Erubescat humana pigritia,

plus uult ille misereri, quàm nos à miseria liberari. Propter hoc etiam D. Bernardus dicebat. Ego peccabam, & tu dissimulabas; non continebam à sceleribus, & tu à uerberibus abstinebas, prolōgabā ego multo tempore iniquitatem meam, & tu domine pietatem tuam. Circa hoc beneficium debet homo cogitare quotiens meruerit ut tempus pænitentiæ sibi auferetur. Quotiens enim mortaliter peccauit, hoc meruit, & ideo debet cogitare quā proximus gratiæ, & misericordiæ amissioni fuit; tanto enim misericordia gratior est, quāto pœna proximior, à qua tamen sibi postea parcitur, ut si aliquis suspendendus iam laqueum in collo haberet, maiorem gratiam, & misericordiam sibi fieri reputaret, si tunc liberaretur, quàm alio modo. Idcirco debet homo diligenter perpendere quousque persisteret dum in statu damnationis erat, in illoque decederet. Secundo debet cogitare quid promeruit apud deum, ubi tunc ei pepercit. Hoc enim Propheta Hieremias exposuit inquiēs. Misericordię domini multę, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Se-

Bern.

Tren. 3

cundum est Iustificationis, cum quando diu expectatos conuertit in fundendo gratiam suam. Vnde Ec-
Ecc. 17 clesiasticus dicebat. Quàm magna est misericordia domini, & propitiatio eius conuertentibus ad se. ò quàm prona est misericordia de cõuertentibus ad se, ut peccata dimit
Augus. tat. Vnde Augustinus dicit. Sic enim festinat absoluere reum dei misericordia à tormento conscientię suę, qui plus cruciet ipsum compassio miseri, quàm ipsum miserum compassio sui. Circa hoc beneficium quatuor sunt attendenda. Primo debet homo considerare, quot & quanta Deus ei dimisit, cùm pro quolibet peccato mortali reus sit mortis ęternæ, & tamen Deus dimittit. Siquis reus esset mortis temporalis quę momentanea est, pro dimissione illius paratus esset ei seruire tota uita sua, quid igitur agendum esset pro dimissione mortis
Psa. 125 ęternæ. Idcirco dicebat Psalmographus. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Et Pater Augustinus inquit. Quid tibi
Augus. retribuere possumus Deus noster pro tantis beneficijs misericordię tuę? quas laudes, quas ue gratiarum actiones, Si certè omnia membra

noſtra uertentur in linguas ad rependendas tibi debitas laudes, nequaquam ſufficeret exiguitas noſtra. Secundo debet cogitare ad quantam dignitatem eum elegit, quādo eum uiuificauit; elegit enim illum in filium & heredem. Vnde Sanctus Auguſtinus dicebat. O mira ſemperque miranda diuinę propitiationis benignitas, ſerui digni non fuimus, & ecce filij Dei ſumus, heredes quidem Dei, coheredes autem Chriſti. Vnde hoc nobis, & quid nobis ad hoc? Tertio debet homo cogitare quot Dominus reliquit, quibus tale beneficium non præſtitit, ſed in peccatis ſuis eos perire permiſit. Quot nanque generationes ab initio uſque ad hanc diem tranſierunt, quæ omnes abſque dei cognitione in interitum ſempiternum delapſæ ſunt? omnibus illis Redemptor noſter nos prę tulit, quando nobis gratiam hanc largitus eſt, quam nullus horum percipere meruit. Et quid, dices? quare putas prælatus es illis hominibus? Nunquid tu fortior? nunquid ſapientior? nunquid nobilior illis omnibus fuiſti? & tamen omnes relicti, & abiecti perierunt, tu præ illis omnibus aſſumptus es; & Auguſ.

quare in te hoc factum sit; nullā preter gratuitam Saluatoris tui charitatem, causam inuenire poteris. Quarto debet cogitare de quantis periculis & angustiis Deus eum liberauit, in quæ cadere potuisset. Vnde Augustinus. Hæc cogitando dicebat. De multis nanque periculis liberauit me liberator meus, de quibus dulce erit mihi semper loqui, semper cogitare, semper gratias agere. Tertium est conseruationis, quando conuersos in bono statu conseruat. Vnde Dauid dicebat. Conserua me domine quoniam speraui in te, &c.

August. · Psal. 15

Benignitas Dei in quatuor cognoscitur.

PRimo, quia omnibus dat qui uolunt accipere. Vnde legimus apud Mattheum. Qui solem suum oriri facit super bonos, & super malos. Et in actibus Apostolicis dicitur. Dat omnibus uitam, & inspirationem. Ideo dicebat D. Chrisostomus. Verè misericors Deus est, qui inimicorū miseretur. Secundo, quia rogat alios petere, sicut dicebat Seruator no-

Mat. 5. · Act. 17. · Chriso. · Mat. 6.

ster. Petite, & accipietis, pulsate & aperietur uobis. Idcirco diuus Pater Augustinus humanam redarguens segnitiem dicebat. Erubescat humana pigritia, plus uult ille dare, quàm nos accipere, plus uult ille misereri, quàm nos à miseria liberari. Tertio, quia sæpe plus dat, & melius quàm petatur. Exemplum extat Salomonis, 3.Reg.2 cui petenti solum cor docile ad regendum populum Israel, dedit ei & diuitias, ut nemo in cunctis terræ regibus similis sui foret. Vnde D. Bernardus dicebat. In duobus indubitanter sperare possumus, quoniā aut dabit quod petimus, aut quod utilius nobis nouit. Quarto, quia gratis dat, sine spe remunerationis. Vnde Iob dicebat. Si iustè egeris Iob.35. quid donabis ei?

Augus. Bern.

Blasfemiæ peccatum fugiendum est propter quatuor.

PRimo, fugiendum est propter penam, qua Dominus legitur blasfemos punisse. Ecce filius Leui.24 Mulieris Israelitidis, quem pepererat de Ægypto, in filios Israel uir

gatus est in castris cum uiro Israelita, cumque blasfemasset nomen domini, & maledixisset ei, misit eum in carcerem Moyses, donec noscere quid iuberet Dominus, qui locutus est ad Moysem dicens. Educ blasfemum extra castra, & lapidet eum uniuersus populus. Et dixit Dominus. Homo qui maledixerit domino suo portabit peccatum suum, & qui maledixerit, uel blasfemauerit nomen domini, morte moriatur. In Dialogo etiam Diui Gregorij legitur puerum quendam, qui nomen domini blasfemauit, mortuum fuisse à diabolo. Secundo fugiendum est, quia hoc peccatum uix remittitur. Vnde in Matthæo dicitur. Spiritus blasfemiæ non remittitur duodecimo. De hoc peccato legimus apud Ioannem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut reget quis. Non impetrat quicunque huius peccati remissionem, imò oportet esse hominem magni meriti, qui remissionem huius peccati alii impetret. Magnitudinem huius peccati ex hoc ostendere possumus, quòd alii peccatores contumeliam deo inferunt, in rebus seruorum suorum, sicut fures, & latrones; uel in seruis eius, sicut

Grego.

Mat. 12

1. Ioan. ultimo.

ſicut homicidæ, blasfemus infert ei contumeliam in ſua propria perſona. Item Magnitudo huius peccati cognoſcitur per contemptum qui eſt in talibus, non enim tale conuiciū Epiſcopo, uel poteſtati, aut prætori uel principi, nec militi diceret, quod dicit Deo. Tertio fugiendum eſt, quia hoc peccatum diabolicum eſt, & quaſi loquela infernalis. Illi qui erunt in inferno Apo. 13
blasfemabunt Deum cęli, præ doloribus, & uulneribus ſuis. Ergo ſicut in loquela gallicus dignoſcitur, ſic blasfemus cognoſcitur eſſe de familia diaboli, & ſic ad infernum pertinere. Vnde ſicut dictum fuit Petro. Mat. 26
Verè tu ex illis es, nam & loquela tua manifeſtum te facit, ſic poteſt dici blasfemo, uerè tu de inferno es, nam loquela tua manifeſtum te facit. Quarto, quia tales peiores canibus eſſe uidentur. canis enim non lacerat, aut mordet dominum ſuum, iſti uero lacerant dominum ſuum, dum blasfemant. Nec ſolum culpabiles ſunt huiuſmodi, ſed etiam qui tolerant cum poſſint prohibere, ut parentes filios non corrigentes, & caupones qui tales in hoſpitiis eorum blasfemare permittunt, quod non permitterent de

uicinis suis, tales inquam peiores sunt iudęis, in hoc quòd ipsi audi-
Act. 7. ta blasfemia aures obstruebant. Cõtinuerunt aures suas, legitur in actis Apostolicis. & hoc ne blasfemiam audirent. Vnde D. Pater Au-
Augus. gustinus ait. Non minus peccat qui blasfemat Christum regnantem in cælis, quàm iudęi qui crucifixerunt ambulantem in terris.

Bona opera dicuntur lux propter tria.

PRimo, quia in nobis lumen
Eph. 5. ferunt. Vnde Paulus dicebat. Fuistis aliquando tenebræ nunc autem lux in domino. Secundo quia cum lumine fiunt. Sicut ait
Psa. 88. Regius Psaltes. Domine in lumine uultus tui ambulabunt &c. Tertio, quia ad lumen uitæ æternæ ducunt.
Dan. 12 Vnde apud Danielem legimus. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Bona nostra tribus modis antiquus hostis insequitur.

PRimo, in initio conuersionis. Vnde legimus in Threnis Hieremiæ. Facti sunt hostes eius in capite. Et Isydorus ait. Tunc contra eum quem possidet diabolus, acrius seuit, quando se uirtute diuina ab eo expellendus cognoscit. Secundo in medio. Vnde Gregorius. Quando Diabolus initium uitiare non præualet, quasi in itinere se opponit, ut dum per tantis propositum securior quisque ingreditur, sub iuncto latenter uitio, quasi ex insidijs perimatur. Dicebat enim Dauid. In uia hac qua ambulabam absconderunt laqueum mihi. Vnde etiam Gregorius dicebat. Si uideris te ipsum, quòd quieuisti ab infestatione uitiorum, ne credas tibi met, insidias quasdam tibi statuit inimicus, & expecta post quietem multam turbationem. Tertio in fine. Vnde Gregorius. Quando diabolus initium, uel medium uitiare non præualet, saltem finem illaqueat. Legitur etiam; Tu insidiaberis calcaneo eius. Ob hoc Isydorus dicebat.

Thre. 1.
Isyd.
Greg.
Psa. 141.
Greg.
Greg.
Gen. 2.
Isyd.

Quem diabolus in cursu præteritæ uitæ non decipit, in nouissimis supplantare disponit. Et B. Bernardus ait. Laborat diabolus ad subuersionem hominis maximè in principio, & in fine. In principio quia modicam radicem habet, in fine quia multa bona ei aufert.

Bern.

Bona animæ in uita æterna erunt quinque.

Esa. 51.

PRimū erit inenarrabilis lętitia. de qua lętitia Esaias loquēs ait. Et nūc qui redēpti sunt à domino reuertentur, & uenient in Syon laudātes, & lętitia sempiterna super capita eorum. Gaudium & lętitiam tenebunt, fugiet dolor, & gemitus. Vnde Augustinus ait. Cui comparata omnis aliunde iucunditas męror est, omnis suauitas dolor est, omne dulce amarum, omne decus fędum, postremo quodcunque delectare possit, molestum. Secundum plena uoluntatis efficacia. Vnde Dauid dicebat. Desiderium cordis eius tribuisti ei, & uoluntatem labiorum eius non fraudasti, &c. Et Augustinus sanctus ait. Qui hoc bono fruetur, quid erit ei, & quid non erit? erit quicquid

August.

Psal. 20.

August.

uolet, & quicquid nollet, non erit. Et Bernardus. Quicquid desiderabimus totum uidebimus, & habebimus, nihil amplius desiderantes. Nil deest (inquit Grego.) in illo gaudio celesti, nil obest, nil superfluit, nil exterius quod appetatur, nil interius quod fastidiatur. Ob hoc dicebat Psaltes. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Tertium charitatis abundantia, sicuti ait Gregorius. Propter magnam charitatem hereditas illa omnibus una est, & singulis tota. Et pater similiter Augustinus dicit. Illa ciuitas magnum bonum in se uidebit, quòd nulli superiori nullus inferior inuidebit. Quartum, quòd imperterrita conscientia absque pauore habitabit in celo. Quintum erit incomparabilis honoris gloria, ueluti inquit Dauid. Gloria, & honore coronasti eum domine. Et Augustinus. Vera gloria ibi erit, ubi nec laudantis errore, quisquam nec adulatione laudabitur.

Bern. Grego. Psal. 16 Grego. Augus. Augus.

Bona corporum in uita æterna sunt quinque.

PRimum, Incomparabilis claritas, unde apud Matthæum legitur. Fulgebunt iusti sicut Sol in

Mat. 13

regno patris eorum. Quam ueritatem etiam confirmat, & Esaias inquiēs. Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septēpliciter, sicut lux septē dierum. Vnde Bernar. dicit hoc idem asserens. Fulgebit sicut Sol humanitas glorificata. Secundum, inextimabilis agilitas, quemadmodum sapientia huius ueritatis fidem faciens ait. Fulgebunt iusti, & tanquam sintillæ in arundineto discurrent, &c. Vnde S. Augustinus ait. Vbi uoluerit esse spiritus, ibi erit protinus & corpus. Et D. Bernar. Ibi erit summa libertas, ubi erunt homines similes Angelis Dei. Tertium incomparabilis sanitas, sicut in Apocalipsi legimus. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, & non erit amplius neque luctus, neque dolor, &c. Esaias quoque ait. Occupabit salus muros eius. Vnde B. Bernardus inquit. Ibi nulla tristitia, & nulla angustia, nullus dolor, nulla mors, sed perpetua sanitas, semper perseuerabit. Augustinus etiam ait. Iam iamq; adueniat regnum domine obsecro illud carens errore, uacans fine, ubi continuus sine nocte dies. Quartum erit omnium bonorum satietas, ceu Psaltes ait, Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et D. Hieronymus dice-

Esa.30. Bern. Sap.3. Augus. Bern. Apo.21 Esa.60. Bern. Augus. Psal.16. Hieron.

bat. Iam nullam à te satiatus patiar egestatem. De satietate hac loquens D. Bernardus exclamabat. O uera & felix & gloriosa satietas, ò sanctum conuiuium, ò desiderabiles epulæ ubi nimirum anxietas nulla, nullum fastidium. Quintum erit uitæ indeficientis felicitas. Vnde dicebat Dauid; uiuent nomina eorum in seculum seculi &c. Et Bernard. Si sic amamus uitam istam labilem, & caducam, ubi cum tanto labore uiuimus; multo magis amare debemus æternam uitam, ubi nullum laborem sustinebimus.

Bern.
Psal. 21
Bern.

Bona uitæ æternæ sunt sex.

MAgna. Dicebat Petrus; Credentes exultabitis lętitia inennarabili, &c. Et Dauid quoque dicebat. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Multa. Vnde Paulus dicebat. Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, &c. Prætiosa. Iob inquit. Non dabitur aurum obrizum, pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. Et sapientia; Bonorum enim laborum prætio-

1. Pet. 1
Psa. 30.
2. Co. 8.
Iob. 28.
Sap. 3.

Esa.51. sus est fructus. Æterna. Vnde Esaias propheta dicebat. Qui redempti erunt uenient in Syon laudantes, & lętitia sempiterna super capita eorum. Et Sanctus Augustinus ait. Tu
Augus. denique domine æterna nobis uita, gaudium, & corona eris. Idem quoque: Quis alius est noster finis, nisi peruenire ad regnum cuius nullus est finis? De ijs quatuor bonis loquitur Beatus Bernardus dicens. Merces
Bern. nostra magna est, multa est, prætiosa est, diuturna est; tam magna quòd enarrari non potest, tã prætiosa quòd comparari non potest, tam multa quòd numerari nõ potest, tam diuturna quòd finiri non potest. Qui eta.
Esa.32. Vnde Esaias dicebat. Sedebit populus meus in pulcritudine pacis, & in tabernaculis fiducię, & in requie opulenta. Et Augustinus. Vera pax
Augus. ibi erit: ubi nihil aduersi, nec à seipso, nec ab aliquo patietur. Et Ber-
Bern. nardus etiam ait. O ciuitas Regis magni, nõ est timor in finibus tuis, quia posuit dominus fines tuos pacem, nullus inimicus intrat, nullus amicus exit, & nullæ ibi tentationes. Secura. In Leuit. Legitur. Dormietis, &
Leu.26. non erit qui exterreat, &c. Absque
Deut.12 ullo timore habitabitis in terra quã
August. dominus deus &c. Vnde Augustinus medi-

meditando dicebat. O uita uitalis, dulcis & amabilis, & semper memorabilis, ubi non est hostis impugnans, ubi nulla illecebra, sed summa & certa securitas, & secura tranquillitas, & tranquilla iucunditas. Cassiodorus etiam ait. O ciuitas cęlestis, mansio secura, patria continens totum quod delectat, populus sine murmure, incolæ quieti homines, humanarum rerum indigentiam non habentes. O quàm gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Cassio.

Castitatis bona sunt tria.

PRimum est, quia animam facit mirabilis pulcritudinis. Vnde in Sapientia legitur. O quàm pulcra est casta generatio cum claritate. Sap. 10. Secundum est, quia Angelis nos assimilat. Vnde D. Bernardus dicit. Quid castitate decorius, quę de Bern. homine Angelum facit? differunt inter se homo pudicus, & Angelus, sed felicitate, & non uirtute: sed si Angeli castitas felicior, hominis tamen fortior esse cognoscitur. Isydorus etiam dicebat. Nec dubium quòd qui casti perseuerant, & uirgines angelis dei efficiantur ęquales. Quartum

est, quia admodum balsami aspirati, à corruptione homines conseruat, quẽ admodum D. inquit Bernardus. Casti- Bern.
tas ad instar odoriferi balsami, quo condita cadauera incorrupta seruantur, sensus arctos continet, & constringit. Hæc sunt igitur præcipua castitatis bona, quam unusquisque profiteri debet.

Circuncisio triplex.

PRima est a noxiis, quæ circuncidit hominem à peccatis, & à circunstantiis peccatorum, quæ etiam omnia membra circuncidit, iuxta illud Hieremiæ, Circuncidimini domino & auferte præputia Hier. 4.
cordium uestrorum uiri Iuda. Secunda est à superfluis, iuxta quem modum uerba seruatoris nostri intelliguntur, Veruntamen quod super est date eleemosynam, & ecce omnia mũda sunt uobis. Tertia est à necessariis, quæ pertinent ad religiosos, iuxta Luc. 11.
præceptum de consilio domini nostri dicentis. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes & da Mat. 19.
pauperibus, deinde ueni, & sequere me.

Charitatis impedimenta sunt quatuor.

SVperfluus amor sui. Signum autem quòd quispiam superfluum sui amorem habeat, est, cum ea quæ ad dominum, & ad proximum suum spectant negligit, propria uero diligit, defendit, tueturque. Vnde Gregorius dicebat. Plus deo amare se conuincitur, qui neglectis his, quæ eius sunt, propria tuetur. Idcirco admonet nos Paulus dicens. Nemo quod suum est quęrat, sed quæ Iesu Christi. Et ad Philippenses etiam ait. Non quæ sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum, &c. Debemus autem superfluum amorem nostri fugere propter tria. Sed de hoc require in litera A. Vanus amor mundi, & hunc fugere debemus propter quinque. Sed de hoc require in litera. A. Odium, & inuidia proximi. Vnde Ioannes in sua Canonica dicebat. Omnis qui odit fratrem suum. homicida est. Et Vgo de sancto Victore ait. Superbia aufert mihi dominũ, inuidia proximum, ira me ipsum. Augustinus etiam dicit. Tolle inuidiam & tuum est quod habeo. Et generali-

Greg.
1.Co. 10
Phil. 2
1. Ioã. 3
Vgo de Sancto Victore.
August.

ter damnabilis offensa dicitur. omne enim peccatum mortale aduersatur charitati inquantum à deo diuidit hominem. Vbi non est charitas, ibi non
Esa. 70. est Deus. Vnde Esa. dicebat. Iniquitates uestræ diuiserunt inter uos, & deum uestrum. Vbi uero charitas, ibi amor & Deus.

Charitas oritur ex quatuor.

PRimo, ex re. Quemadmodum dicit S. P. Augustinus. Sicut se
Augus. ta introducit filum, ita timor charitatem. Secundo ex charitatis di
Augus. stributione, ut idem Augustinus ait. Charitas cum redditur in homine, crescit in homine, & tanto magis acquiritur, quanto pluribus redditur. Tertio ex spe, & gaudio promissorũ,
Augus. uelut idem Pater Augustinus inquit; Spes de promissis, & gaudium de præmijs, faciunt amorem dei, & proximi. Quarto ex contemptu terreno-
Augus. rum, uelut Augustinus idem asserit: Cum homo nulla terrena desiderat, nihil est quòd eius erga proximum charitati contradicat.

Charitas dicitur cara res propter quatuor.

PRimo, quia non poteſt haberi, niſi ab uno ſolo, & ſummo bono donetur. quemadmodum dicebat Paulus ad Romanos. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus ueſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis, &c. Secundo, quia à ſolis bonis habetur, ſicut ait Auguſtinus. Charitas eſt fons proprius, cui non communicat alienus. Tertio, quia cum ipſa bona omnia promittuntur. Vnde ſanctus Auguſtinus dicit. Attende quantum bonum eſt charitas, quæ ſi abſit, fruſtra habentur cetera; ſi autem ad ſit alicui, habentur omnia. Quarto, quia qui habet eam, nimis carus habetur à deo, ſicut eſt qualitas, ſecundum quam quales dicimur, ſic charitas eſt ſecundum quam cari dicimur. Vnde Dominus exiſtentes in charitate, uocat cariſſimos. Comedite amici, & inebriamini cariſſ. Legitur in canticis canticorum.

Rom.6.
Auguſ.
Auguſ.
Cant.5.

Charitatis incitamenta sunt quinque.

1. Cor. 16. PRimum, est scriptura. Sicut docet Paulus ad Corinthios inquiens. Omnia enim uestra in charitate fiant. Ad Ephesios etiam scribebat. In charitate radicati, & fundati. Ad Philippenses quoq; ait. Oro ut charitas uestra magis, ac magis abundet. Secundo, quia nobis necessaria est. Sine enim charitate nec Deum uidere possumus, nec nobis prodest bonum quod agimus. Vnde Basilius dicebat. Amate charitatem fratres carissimi sine qua nullus Deum uidebit. Et Paulus ad Corinthios ait. Si destribuero facultates meas in cibos pauperum, & charitatem non habuero, nihil mihi prodest. Et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, quid mihi prodest. Sanctus etiam Augustinus ait. Sine charitate omnia quæcunque facimus, nihil nobis prosunt. D. etiam Gregorius. Quisquis charitatem non habet, omne bonum amittit quod habet. Tertium, quia deo placet. Vnde Augustinus ait. Nihil prætiosius deo uirtute dilectio-

Eph. 3. Phili. 1. Basil. 1. Cor. 13. August. Greg. August.

nis, & hoc duabus rationibus cognoscitur. Prima, quia propter charitatem de cælo descendit, ut eam in nobis amaret in terris, quam in cælis amabat. Vnde Augustinus ait. O magna charitas, quàm magnas uires habes, de cælo Deum deposuisti, quis mihi dabit, ut uenias in cor meum, & inebries illud, & obliuiscar mala mea? Idem quoque Pater inquit: Per charitatem enim uenit Deus in homines factus homo. Secunda est, quia eam signum electorum suorum. Dicebat nanque Seruator noster suis discipulis. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Vnde Diuus Bernardus ait: Signum dilectionis est soliditas charitatis. Et Gregorius summus Pontifex. Non curat antiquus hostis, ut terrena nobis tollat, sed ut charitatem feriat, nullam rem sic timet diabolus, sicut charitatem. Ipse enim castitatem in nobis si sine charitate fuerit, non timet, quia ipse nec carne præmitur, ut in eius luxuria dissoluatur. Abstinentiam non timet, quia ipse cibo non utitur, qui necessitate corporis non urgetur; Distributionem rerum terrenarum non timet, si eidem operi charitas desit, quia diuitiarum sub

Augus. Augus. Io. 13. Bernar. Greg.

fidiis nec ipse eget; ualde autem in nobis charitatem ueram, idest amorem humilem quem in nobis uicissim impedimus, timet; et nimis concordiæ nostrę inuidet, quia hanc tenemus in terra, quam ipse tenere nolens, amisit, in cęlo. Dilectio igitur est certum signum, quo discernuntur filij Dei à filiis diaboli. Quartum est, quia Diabolo multum displicet.

Augus. Vnde Augustinus inquit. Nihil desiderabilius diabolo extinctione charitatis. Quintum est, quia homini multum prodest. Sed de hoc require & uide in sequenti capitulo.

Charitatis bona sunt septem.

Augus. PRimum est, quia hominem docet, quemadmodum Augustinus docet inquiens. Vox charitatis super omnes libros est. Et Diuus Gregorius etiam ait. Viros quas

Greg. imperitia deuexat, charitas subministrat. Secundum est, quia hominem protegit, silicet à malis corporalibus,

Eccl. 8. & spiritualibus. Eccles. Qui custodit mandatum non experietur quicquam

Augus. mali, Et Aug. Vbi charitas est, quid est, quod possit obesse? et ubi non est, quid est, quod possit prodesse?

Idem quoque dicit. Habe charitaté, & fac quicquid uis. Tertium, quia habitaculum dei facit hominem. Vnde Io. dicebat. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Super quibus uerbis ait D. Bernardus. Deus charitas eſt, & quid prçcioſius? & qui manet in charitate, in Deo manet, & quid ſecurius? & Deus in eo, & quid iucundius? Vbi charitas non eſt, Deus non eſt, ſicut dicit Auguſtinus. Sic familiaris eſt Deo charitas, ut ipſe manſionem habere nolit, niſi charitas non eſt. Quartum eſt, quia aliena bona noſtra facit. Vnde Auguſtinus inquit. Quiſquis per aliquam neceſſitatem non poterit implere quod iubet Deus, amet illum qui implet, & in illo implet. Quintum eſt, quia peccata operit. Dicebat Petrus. Ante omnia autem mutuam in uobiſmet ipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Et Gregorius. Cũ concorditer uiuimus, mala quæ fecimus uelamus. Sextum eſt, quia filium dei facit. Ideo dicebat Ioannes. Qui diligit fratrem ſuum, ex Deo natus eſt. Et Pater Auguſtinus. Qui diligit, dilectio eſt certum ſignum, quo diſcernuntur filii Dei à filiis diaboli.

1. Ioã. 4.

Bernar.

Auguſ.

Auguſ.

1. Pet. 4

Greg.

1. Ioã 4.

Auguſ.

Septimum est, quia ad uitam æternam perducit. ipsa est enim uia, quę ducit nos ad Deum. Sic dicebat Augustinus. Charitas est uia hominum ad Deum, per charitatem homines ad Deum currunt, & ad Deum perueniunt. Ob hoc D. Bernardus ad eam inuitans, ait. Dilatemur in affectu charitatis, ut exaltemur in gloria celsitudinis, quia nemo ad illam peruenit, nisi qui huiusmodi dilectionem Dei, & proximi deuota mente tenuerit.

August.

Bern.

Charitatis signa sunt quinque.

PRimum est, si aduersa patienter tolerat; cuius signum, seu conditionem declarat de charitate loquens. Charitas (inquit) patiens est. Quum ueritatem Remigius affirmans ait. Qui habet charitatem patiens est tolerando aduersa. Secundum est, si defectum proximi quiete portat. Vnde Gregorius dicit tantam quilibet portat proximũ, quantum amat. si enim amas portas, si desistis amare, desistis & tolerare; Quos enim minus diligimus, minus toleramus. Et Augustinus. Qui portant inuicem onera sua, nisi qui ha-

1. Cor. 13.

Remig.

Greg.

Augus.

bent charitatem? qui non habent charitatem graues sibi sunt, qui habent charitatem portant se. Tertium si se super alios non extollat. idcirco Paulus describens charitatem dicit. Charitas, quę non inflatur, non est ambitiosa. Et Remigius. Qui plenus est charitate, non desiderat super alios potestatem exercere, quia maior ceteris non uult apparere. Quartum si otium non amat, quia charitas se libenter in omnibus uult exercere. Vnde Gregorius dicit. Amor dei nusquã est ociosus, operatur enim magna si est, si autem operari renuit, amor non est. Et Basilius. Cum quis se in aliquibus duris operibus pro amore charitatis exercet, dulcedo amoris ipsius eum laborare non sinit Petrus quoque Rauennas ait. Qui enim charitatem cum Dei adiutorio seruare uoluerit, nec pedibus currendo, nec manibus laborando, uel operando fatigationem sentiet. Quintum si omnes æqualiter diligat. Vnde D. ait Bernardus. Charitas sicut filios diligit uniuersos, amicos diligit in Deum, & inimicos propter Deum. Remigius etiam dicit. Charitas tristatur cum uiderit quemlibet per aliquod scelus ruere, etiam si inimicus esset. Et Basilius. Charitas contrista-

1. Cor. 13. Remig. Greg. Basil. Petrus Rauennas. Bernar. Remig. Basil.

tur si quemlibet inimicum aliquid uel fecisse, uel passum esse conspexerit. Vnde Augustinus. Domine beatus qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter te; gaudet de aliena felicitate, & tristatur de aliena aduersitate.

Augus.

Christus redemit nos proprio sanguine, quinque de causis.

PRima est, ut nobis suam charitatem ostenderet. Nullum maius dilectionis signum poterat ostendere nobis, quàm moriendo pro nobis. Vnde Io. dicebat. Maiorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et D. Ber. Domine tu maiorem habuisti ponendo eam pro inimicis. Ioannes item dicit. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit. Bernardus item ait. Clauus penetrans, clauis reserans factus es mihi, ut uideam uoluntatem domini, & uisitem templum eius. Quid enim clamat clauus, clamat uulnus, patet arcanum cordis per foramen uulneris. Pater meus etiam Augustinus inquit. C p ut

Ioan. 15
Bern.
1. Ioã. 3.
Bern.
Augus.

meum spinis opposui, manus meas clauis obieci, lancea latus meum aperuit, sanguinem meum fudi, animam meam posui, tantis ut non dicam iniuriis sed asperitatibus laceratus sum, ut te mihi coniungerem, & tu diuideres à me. Secunda est, ut nos ad suum amorem magis accenderet. Vnde Paulus ait. Charitas Christi urget nos. Et D. Bernardus dicit. Super omnia reddit te amabilem mihi bone Iesu calix, quem bibisti, opus redemptionis nostræ. Sanctus quoque Pater Augustinus ait. Cum Christus per alia beneficia ad amorem suum nos incitauerit, per mortis beneficia nos coegit. Tertia est, ut uiso tanto peccato, nos à peccatis reuocaret. Erubescant itaque miseri, qui pro nihilo tradũt animas suas diabolo, quę tanto pręcio redemptę sunt, sicut dicebat Paulus. Empti estis præcio magno. Et Pater Augustinus dicit. Appende te ex hoc præcio ne tibi uilescas. Item. O anima præciosa attende quantum ualeas, qui pro te tantum dederat, cogita, & nolite ipsam trahere in perditionem, quia Christus pro te effudit sanguinem, satis te caram habuit, qui tam caro præcio redemit. Bene duræ mentis sunt, qui uidentes tantam charitatem, &

2. Cor. 5

Bern.

Augus.

Rom. 5.

Augus.

tantam gratiam non emoliuntur ad
Bern. pænitentiam. Vnde dicebat Bernardus. O, duri, & indurati, & obdurati filij Adam, quos non emollit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ardor amoris, tam uehemens amator; qui uilibus sarcinulis, tam præciosas merces expendit. Item &
Grego. Gregorius dicit. Cum saxa in passione domini scissa sunt, duriora saxis illa corda esse uidentur, quæ audita passione domini non scindũtur. Quarta est, ut uisa eius passione, nulla nos pœna, uel tribulatio formidaret. Vn
Bern. de ait D. Bernardus. Videntes angustias domini, uestras leuius porta-
Augus. bitis. Et P. Augustinus. Quid dicam, uel quid loquar de cruce? Christus uerò extremum genus mortis elegit, ut nullum genus martyrij, martyres
Bern. formidarent. Bernard. uult benignus Deus deuoti militis mentem & oculos in sua sustolli uulnera, & ipse suas iniurias non sentit, si illius uulnera intuebitur. Propterea dicebat. D.
Greg. Gregorius. Nihil adeo duri, quod non æquo animo toleretur, si passio domini ad memoriam reuocetur.
Quinta est, ut nobis sine pœna, & flagello in regnum æternum non posse intrare, monstraret. Ideo dicebat
1. Pet. 4 Petrus Apostolus. Christo in carne

passo, & uos eadem cogitatione armamini, &c. Et Gregorius ait. Si ipse hinc sine flagello non exiit, qui uenit sine peccato, quomodo flagellis digni non erunt, qui huc cum peccato uenerunt? Idem. Quid itaque homo pro se pati debet, si Deus pro hominibus tanta pertulit? Grego. Grego.

Christus redemit nos à tribus.

A Peccato. Ideo dicebat Paulus ad Titũ. Qui dedit semet ipsũ pro nobis ut redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum, &c. A diabolo. Vnde dicebat Osea. De manu mortis liberauit nos. Ab inferno. Idem propheta inquit. Ero mors tua ò mors, ero morsus tuus inferne. Tit. 2. Ose. 13. Ibidem

Christum debemus sequi in quinque.

PRimo, in humilitate. Propterea Christus dicebat. Discite, a me, quia mitis sum & humilis corde. Et D. Ber. Disce quæso ulce- Mat. 11 Bern.

rius habere humilitatem per humilitatis actorem; quæ tria facit. Humiliter seruit, perfectè obedit, nullum despicit. Secundo, in misericordia.
Mat. 5. Estote (inquit Christus) misericordes, sic ut pater uester cęlestis misericors est. Quæ tria facit. Eleemosynam tribuit, peccantibus parcit, miseris compatitur. Tertio in Innocentia.
Leu.19. & 20. In Leuitico dicitur. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Quæ tria facit. Mundum se custodit, nullum decipit, nulli iniuriam facit.
Isyd. Quarto in patientia Vnde Isydorus. Disce Christi tolerantiam & non dolebis iniurias. Pro nobis nanque passus est, flagellis cesus, spinis coronatus, sputis derisus, clauis confixus, cruce damnatus, semper conticuit. Quæ tria facit. Opprobria, flagella, rerum damna sustinet. De hac materia require in capitulo de patientia. Quinto in charitate. Quæ tria facit. Omnes diligit. Vnde dicebat
Bern. Bernard. extra sinum amoris nullum ualet relinquere charitas. Om-
Chriso. nes sustinet. Dicebat D. Chrisostomus. tantum quisque portat, &c. Omnium bonorum gaudet.

Christus

Christus dicitur puer propter quatuor.

PRimo, quia sine dolo. Dicebat Petrus. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Secundo, quia citò obliuiscitur peccata, siue offensas penitentium. Ezech. Omnium iniquitatum eius non recordabor amplius, &c. Tertio quia humilis. Matth. Discite a me quia mitis sum & humilis corde, &c. Quarto, quia plus delectatur in uno pomo, idest in anima, quàm in uno castro. Vnde Lucas dicebat. Gaudium est in cælo super uno peccatore pænitentiam agente, &c.

1. Pet. 2
Eze. 18
Mat 11
Luc. 15

Christus ascendit ad Patrem propter tria.

PRimo, ut eum pro nobis rogaret. Vnde legimus in Ioanne, quòd ipse dicebat. Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit uobis &c. Dicebat etiam Ioannes ipse. Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustũ, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, &c. Se-

Io. 14.
1. Io. 2.

cundo, ut spiritum sanctum nobis de
Ioã.16. stinaret, sicut dicebat ipse. Si non a-
biero paraclitus non ueniet ad uos,
&c. Tertio, ut nobis locum apud Pa-
trem pararet, sicuti aiebat. Vado pa-
Ioã.13. rare uobis locum, &c. Ioannes cap.
decimotertio.

Christus uoluit mori morte crucis propter quatuor.

Sap.1. PRimo, quia erat mors ualde op-
probriosa, sicut legitur Sap. 1.
Morte turpissima condemne-
mus eum. Voluit enim nos docere,
ut malum opprobrii non timeamus
Act.9. pati propter eum. Ideo ibant Apo-
stoli gaudentes a conspectu conci-
Hieron. lij, &c. Et Hieronymus. Quantum-
cunque abiectus fuero, nunquam a-
biectior ero Iesu Christo. Secundo,
quia erat mors ualde pęnosa, sicut le-
Tre.1. gitur in Tre. primo. O uos omnes
qui transitis per uiam, attendite & ui
dete si est dolor similis sicut dolor me-
us, &c. Voluit nos docere ut non ti-
meamus mori, & uidentes eius angu-
stias nostras leuius portemus. Quid
Augus. dicam (inquit Augustinus) uel quid
loquar de cruce Christi? &c. Tertio,

ut responderet pęna culpæ. Gregor. Qui in ligno uincebat, in ligno quoque uinceretur. Quarto, ut ostenderet, quòd paratus erat omnes recipere, quod significat extensio manuum sitarum. Vnde dicebat Isaias. Totâ die expandi manus meas ad populum non credentem, &c. Greg. Isa.5.

Christus positus est in ruinam multorum.

QVibusdã est ruina misericordia eius, silicet, illis qui peccant sub spe ueniæ. Etenim quia nõ profertur citò contra malos sententia. filij hominum absque ullo timore perpetrant mala, dicit Ecclesiasticus. Quibusdam iustitia Christi, silicet, illis, qui desperant de uenia. Matth. Scio quia homo durus es, &c. Et de Cain dicente legitur. Maior est iniquitas mea, quàm ut ueniam merear. Quibusdam dona Christi, sicut illis, qui superbiunt de scientia, uel dei rerum temporalium abundantia. Luc. Vide ne lumen quod in te est, tenebræ fiant. Et ideo qui diuites fieri uolunt, &c. Quibusdam corpus eius, sicut illis, qui sumunt indigne. Idcirco (dicebat Paulus) inter Eccl.8. Mat.25 Gene.4. Luc.11 1.Cor.2

uos multi imbecilles, & dormiunt multi, &c.

Christus fuit resurrectio multorum.

Psa.109 ANgelorum, per sedium repletionem. dicebat Dauid. Implebit ruinas multorum, &c. Animarum, per imaginis reformationem. Dicebat Paulus: Nos autem in
2.Co.3. eandem imaginem transformamur.
1. Cor. 15. Corporum nostrorum, per incorruptionem. ait Pau. Canet enim tuba & mortui resurgent, incorrupti, & nos immutabimur. Sanctorum patrum, qui erant in limbo. Dicebat
Zac. 9. Zacha. Tu autem eduxisti in sanguine tuo, &c.

Christus comparatur gallinæ propter quinque.

PRimo, quia pullos uagantes uoce ad cibum congregat, sic Christus, uelut ait Isaias. Omnes
Isa.55. sitientes uenite ad aquas &c. Et ipse
Mat.11 dicebat. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, &c. Secundo, quia pullos cuiuslibet auis sibi

suppositos, quasi proprios diligit, & nutrit. Sic Christus iudęos, & gentiles materna pietate diligit, & nutrit. Tertio; quia gallina sic afficitur ad pullos suos, ut ipsis infirmantibus infirmetur & ipsa. Sic Christus, ueluti ait Isaias. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Quarto, quia gallina pullos suos alis protegit. Sic Christus alis suis, id est brachiis expansis in cruce suos protegit, & suscipit. Deut. Expandit alas suas &c. Quinto; quia gallina pro pullis suis exponit morti corpus suum contra miluũ. Sic Christus pro suis mortuus fuit in ligno crucis.

Isa. 53.

Deu. 32

Confessionis incitamẽta sunt tria.

PRimum est scriptura. Iacobi ultimo dicitur. Confitemini alterutrum peccata uestra, &c. Et in Prou. Reuela domino opera tua, &c. dicebat etiam Isaias. Narra siquid habes ut iustificeris, &c. Similiter Ecclesiasticus ait. Pro anima tua non cõfundaris dicere uerum, &c. Secundum quia necessaria est; sicut ait D. Bernardus. Confessio pænitentium necessaria est. Et S. Basilius. Vbi taci

Iac. ultimo.
Pro. 16.
Isa. 43.
Eccl. 4.
Bern.
Basil.

turnitas confessionis est, non est spe randa uenia criminis. Et sicut dicit
Ambr. D. Ambrosius. Non potest quisquam iustificari a peccato, nisi fuerit ante confessus. Tertium est, bona quæ ex confessione oriuntur, quæ sunt quin que. primum est, quòd diabolus non libenter temptat eum qui per confes sionem secreta eius reuelat. ideo di-
Ecc. 32 cebat Ecclesiasticus. Qui reuelat se-
Hieron. creta amici, fidem perdit. Et Hieronymus. Potestas, & uirtus traditoris annichilatur reuelata traditione; latrones infernales ad modum aliorum latronum scientes se deprehen-
Iob. 24. sos fugiunt. Dicebat quoque Iob. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis. Secundum est, pulcritudo quæ ex confessione pro-
Psa. 95. uenit: Vnde dicebat Dauid. Confes sio & pulcritudo in conspectu eius,
Bern. &c. Dicit quoque Diuus Bernardus. Ama confessionem ob quam amaris. Ama confessionem si affectas decorem, confessioni iungitur decor, iungitur & pulcritudo. Tertium quia confessio spem saluandi tribuit, si-
Ambr. cut dicit Ambrosius. Cófessio à morte animam liberat; confessio paradisum aperit, confessio spem saluandi tribuit. Quartum est remissio pecca
Psa. 31. ti. Vnde Dauid ait. Dixi confitebor

aduersum me, &c. D. quoque ait Bernard. Humiliter confitenti remittit Deus peccatum, & diabolus etiam qui in corde hominis inuaserat, amittit principatum; ubi nempe peccatum remittitur, ibi proculdubio diabolus de corde peccatoris expellitur. Et D. quoque pater Augustinus inquit. Si homo agnoscit, Deus ignoscit. Quintum est, suffragium orationis sacerdotis, tenetur enim orare pro eo. Bern. Augus.

Confiteri nolentibus tres sunt stultitiæ.

PRima est, quòd ipsi uolunt se abscondere deo. Ille enim qui peccatum suum non uult confiteri, id uult deo abscondere, sicut faciebat Adam, qui domino querenti ubi esset, ait. Vocem tuam domine in paradiso audiui, & timui, eo quòd nudus essem, & abscondi me. Mira fatuitas, quòd homo uelit Deo abscondere mala sua, quæ eo uidente commisit. Vnde Ambrosius dicit. Quare erubescit peccator manifestare peccata sua, quæ Deo, & Angelis suis, atque cunctis animabus sunt nota, & manifesta? & sicut dicit Pa- Gen. 3. Ambr.

Auguſ. ter Auguſtinus. Quod homo detegit, Deus tegit, & cum tegit homo, Deus detegit. Propterea dicebat pro
Naũ. 3. pheta Naum. Reuelabo pudenda tua in faciem tuam, & oſtendam cunctis gentibus nuditatem tuam. Secunda eſt, in hoc, quòd minus uidetur ſe amare ſubtellaribus, & ſtabulis ſuis. Subtellares enim ſuos, & ſtabula frequenter abluunt, & extergunt, ſeipſos in luto & ſtercore relinquũt.
Iohel. 5 Vnde ait Iohel. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Tertio eſt, quia nolunt deo aperire. Illi enim qui differunt confiteri, differunt deo aperi-
Caut. 5. re. Petit ſibi Deus aperiri, ſicut Cant. quinto habetur. Aperi mihi ſoror mea, &c. Tunc ei aperitur, cum aliquis peccata ſua humiliter cõfitetur. Vnde mira fatuitas quòd citius aperiunt diabolo quàm Deo.

Confeſsio debet eſſe triplex.

Iob. 7. A Mara. Vnde Iob dicebat. Nõ parcam ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei, conſolabor in amaritudine animæ
Hieron. meæ. Et D. Hieronymus dicit. Quanta præceſſit in opere delectatio, tanta debet

debet sequi in confessione mentis amaritudo. Signa amaritudinis sunt tria, silicet, Verecundia, quæ multum placet Deo in pænitente, sicut ait Bern. Quantum displicet deo impudentia peccatoris, tantum pænitentis uerecundia placet. & hoc, quia in uerecundia est pęna, ideo & misericordia sicut dicit Pater Augustinus Laborat mens patiendo erubescentiam; & quoniam uerecundia magna est pœna, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. Lacrymæ dicit D. Hieronymus. Lacrymæ sunt doloris indicia; propter hoc dicebat Dauid. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Et Gregorius. Argumentum salutis est uis doloris. Et Ambrosius. Peccata uestra lacrymis diluere potestis, confitendo ea Deo, & sacerdoti; ac ieiuniis, & eleemosynis, & orationibus satisfaciendo. Origenes. Lacrymę pęnitentium uinum sunt angelorum. Bernar. O, lacryma tuum est regnum, tua est potentia; tu uincis inuincentem, & ligas omnipotentem. Obedientia. Vnde Pater Augustinus. Ponat se pęnitens omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil reseruans sui, ut omnia eo iubentę paratus sit facerę pro

Bern. Augus. Hieron. Psa. 116 Greg. Ambr. Orige. Bern. August.

recipienda uita animæ, quodcunque faceret pro uitanda corporis morte. Et D. Gregorius. Perfecta pænitentia cogit peccatorem omnia sustinere. Festina. Ecclesiasticus. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, &c. Debemus ergo festinare propter tria; Primò; propter incertitudinem horę mortis. Lucæ capitulo duodecimo. Et uos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Nil certius morte, dicit Augustinus & nil incertius hora mortis. Nam nescimus quãdo, aut quomodo, aut ubi moriemur, quoniam ubique nos mors expectat. Secundo, quia quanto moram fecerit in peccato, tanto difficilior erit confessio. ideo dicebat Beda. Quanto diutius diabolus possedit, tanto difficilius dimittit. Et Isydorus. Animus sceleribus affectus, ab eis diuelli uix potest. Tertio, quia confessio quę fit morte urgente, non est Deo prætiosa. Est enim uelut confessio latronum, qui non confitentur mala sua, nisi prius tormentis tentata & interrogata fuerint. Et quia etiam periculosa & plena impedimentis est, sicut dicit Pater Augustinus. Nam morbus urget, pœna terret, filii, & uxor eius, quos illicitè diligit, & mundus

Eccl. 5.

Luc. 12

Augus.

Beda.

Isyd.

Augus.

eum ad se uocat. Idem. Si quis positus in ultima necessitate, uoluerit pœnitentiam accipere, & accipit, & hinc uadit, nunquid dico damnabitur? sed nec dico liberabitur. Et Hieronymus. Dum infirmitate deprimeris, nil aliud potes cogitare quàm sentis. Integra. Vt peccata omnia dicat, non diuidendo ea in diuersos sacerdotes, sed uni. Ideo dicit Pater Augustinus. Caue ne uerecundia ductus diuidas confessionem. Accusatoria. Vt dicat se commisisse peccata propria malitia, accusando se fortiter, non prætendens excusationes in peccatis, sicut primi parentes. Prou. decimooctauo. Iustus prior accusator est sui, uenit amicus eius, & inuestigabit eũ. Et P. Augustinus dicit. Deus dicit, Parcimus ei, qui non parcit sibi, ignoscamus ei, qui non ignoscit sibi. Idẽ. Cum factus es peccati tui defensor, quo modo Deus erit liberator, ut ipse sit liberator, tu esto accusator. Vera, id est, non tacens uerum, nec admiscens falsum. Vnde ait Ecclesiasticus. Pro anima tua non confundaris dicere uerum. Et Bernardus. Non est utilis confessio, nisi sit in oris ueritate, & cordis puritate. Frequens. Vt si frequens cecidit, etiam & frequenter resurgat. In Prouerbiis legitur;

August. Hieron. August. Pro. 18. August. August. Eccl. 4. Bern. Pro. 24.

Septies in die cadit, & resurgit. Nam
Aug. secundum Patrem Augustinum. Bona uita est causa salutis nostræ. En igitur quonam pacto debeat esse confessio.

Confessionis impedimenta sunt duo.

PRimum est pudor, qui multos retrahit a penitentia; contra quem apponitur duplex remedium. Primum est uirtus diuinæ intuitionis. Vnde Paulus dicebat. Omnia
Heb. 4. nia nuda & aperta sunt oculis eius. Et
Ambr. Ambro. Quare erubescit peccator manifestare peccata sua, quæ & Deo, & Angelis, omnibus sunt nota & manifesta. Secundum, est comparatio future confusionis. Vnde dicebat Propheta Naum. Reuelabo pudenda
Nau.4. tua in faciem tuam, & ostendam cunctis gentibus nuditatem tuam. Secundum impedimentum est timor, qui duplex est. Primus est laboris. Contra quē debet homo considerare mercedem magnam quę laborantibus debetur. Vnde Pater Augustinus ait. Si
Aug. Isyd. labor terret, merces inuitet. Et Isydorus. Qui uitæ futuræ præmia diligenter excogitat, mala omnia præsentis

tis uitæ æquaminiter portat. quoniam ex illius dulcedine huius amaritudinem temperat, & ex illius ęternitate, huius despicit breuitatem. Secundus est perseuerantiæ. Contra quem apponitur auxilium Dei. Vnde Paulus dicebat. Fidelis deus qui non patietur uos temptari supra id quod potestis, sed facit cum tentatione prouentum. Hoc idem dicit Pater Augustinus. Fidelis Deus qui se protectorem suorum electorum fore promisit, non patietur uos pro se tribulatos temptari supra id quod potestis.

1. Co. 10

Augus.

Ad constantiam pertinent quatuor.

STabilitas in his, quæ sunt fidei. Sic dicebat Paulus. Vigilate & state in fide. Et ad Ephes. Non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni uento doctrinę. Tobias quoque ait. Vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam ab illo. Grauitas, seu ęquanimitas in utraque fortuna. Tullius. Præclara est æqualitas in omni uita, &c. Reg. decimoquarto. Sic est, Dominus meus rex sic Angelus Dei,

1. Cor. ultimo. 16.

Eph. 4.

Tullius.

2. Reg. 14.

ut nec benedictionibus, nec maledictionibus moueatur. Stabilitas loci; quæ multum facit ad stabilitatem animi. Vnde Diuus Bernardus ait. Impossibile est in uno hominem figere animum suum, qui non prius alicui loco perseuerat, & afflixerit corpus suum. Nam qui ægritudinem animi migrando de loco ad locum effugere nititur, sic est sicut qui fugit umbrã corporis sui, seipsum fugit, seipsum circumfert, locum mutat, non animum, eundem ubique se inuenit. Vnde Gregorius etiam ait. Non prodest locus si desit spiritus. Non conualescit planta (inquit Seneca) quæ sæpe transfertur. Et Ecclesiasticus. Confide in Deo, & mane in loco tuo. facile est enim in oculis Dei subito honestare pauperem. Firmitas contra uentos temptationum, de qua commendatur Ioannes Baptista apud Christũ loquentem & ad iudæos dicentem. Quid existis in deserto uidere? arundinem uẽto agitatam? Et Ecclesiasticus. Non uentiles omnem ue. &c.

Bern. Greg. Seneca. Eccles. 11.22. Luc. 7. Eccl. 5.

Constantiæ contraria sunt quinque.

PRimum eſt ſtultitia. Vnde Eccleſiaſt. uigeſimoſeptimo ſtultus ut luna mutatur. Secundum eſt pecatum. Geneſis quarto dictum eſt ad Caim poſt peccatum homicidij. Vagus & profugus eris ſuper terram. Et Iſa. Cor impii quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Tertium eſt impatientia. Vnde diuus Seuerinus Boethus ait. Quis eſt ille tam felix, qui cum dederit impatientię manus ſtatum ſuum mutare non optet? Quartum eſt defectus timoris. Vnde Iſydorus dicit. Vbi timor non eſt, ibi diſſolutio; quia ubi timor, ibi ſtabilitas, ſicut dicit Gregorius. Anchora mentis, eſt pondus timoris. timor nanque facit hominem cautum atque ſolicitum. Quintum eſt duplicitas animi. Vnde ait D. Iacobus. Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus uijs ſuis. Vir duplex animo eſt, qui uult hic gaude cum mundo, & in futuro cum Deo. Contra quem extat Euangelium dicens: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, &c. Et Hieronymus. Diſſi-

Ecc. 27
Gene. 4
Iſa. 57.
Lib. cõ.
Iſyd.
Grego.
Iaco. 2
Mat. 6.
Hieron.

cile imò impossibile est, ut præsentibus, & futuris quis fruatur bonis, ut de delitijs transeat ad delitias, ut in cælo & in terra appareat gloriosus. Auguſt. Et Pater Augustinus. Duo amores, alter bonus, alter malus, alter dulcis & alter amarus, non se simul in uno capiunt pectore.

Correctionis incitamenta sunt tria.

PRimum est scriptura, sicut apud Mat. 18 Matthæum legitur. Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum, &c. Gall. 6. Et Paulus ad Gallatas inquit. Si præocupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritualis estis huiusmodi instruite. Tit. 4. Et ad Titum: Rogamus uos fratres corripite inquietos, &c. Exo. 32 Et Exod. Occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. occidat, silicet, gladio increpationis. Super quibus uerbis Glossa ait. Glossa. hoc ergo interficit, qui cum punienda inuenit, ab increpationis gladio non abscedit. Secundum est, bona quæ ex correptione procedunt, quę sunt quatuor. Primum est, quia operit multitudinem Iac. ulti mo. peccatorum. Vnde D. Iacobus ait.

Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ suę, saluabit animam suã a morte, &c. Secundũm est, quia diligitur ab eo qui corrigitur. Ille uero qui corrigitur, si bonus & sapiens est, diliget se corrigentem, si uero insipiens, & derisor odit eum. Vnde in Prouerbijs dicitur. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Super hoc Gregorius ait. Neque enim iusto timendum est, ne derisor cum corripitur, contumelias inferat, sed ne tractus ad odium peior fiat, sequitur, argue sapientem, & diliget te. Idem. Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud Deum magis quã ille, qui per linguæ blãdimenta decipit. Vnde Gregorius ait. Ego ab omnibus corripi desidero, ab omnibus emendari paratus; illum solum amicum meum ęstimo, per cuius linguã ante aduentum distincti iudicis maculas mentis meæ abstergo. Tertium est, quia per hoc amicus dei comprobatur. Vnde Gregorius dicit. Ille amicus Dei dicitur, qui ad ferienda uitia, zelo diuini amoris excitatur; & profecto se esse dei denegat, qui in quantum sufficit increpare uitam carnalium recusat. Quartum est, quia per hoc, benedictionem æternam acquirit. Vnde in prouerbiis dicitur.

Prou. 9.

Grego.

Pro. 29.

Greg.

Grego.

Pro. 2.

Pro.24. Qui arguunt laudabuntur, & super eos ueniet benedictio Dei. Et Beda.
Beda. Qui errantem corrigit, per hoc ampliora gaudia uitæ cęlestis sibi conquęsiuit, Tertium est, pericula, quæ ex defectu correctionis proueniunt, quæ sunt duo. Primum est, rationis fratris redditio. Vnde Ezech. Si speculator uidet gladium uenientem & non insonuerit bucina, & populus nō custodierit se, ueneritque gladius, & tulerit de his animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius speculatoris requiram. Et
Ez. 33.
Bern. Bernardus. Nemo uitia palpet, peccata dissimulet nemo, nemo dicat, nunquid custos fratris mei sum? Secundum est, delicti participatio. Vnde
August. Augustinus. Culpam facientis habet, qui eum potest corrigere, negligit emendare. Et Beda. Non minus peccat, qui peccantem uidens, tacet, quàm qui ueniam non indulget. Ber-
Beda.
Bern. nardus quoque. Qui cum emendare alium possit, negligit, participem se proculdubio delicti constituit. Diuus etiam Hieronymus dicit. Qui potest
Hieron. obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, nihil aliud est, quàm fouere impietati eorum.

Correctionis impedimenta sunt quinque.

PRimum est, indiscreta humilitas. Unde P. Augustinus loquēs prælatis dicit. Cum necessitas disciplinæ in moribus cohercēdis dicere uos dura uerba compellit, si etiā ipsi modum uos excessisse sentitis, non à uobis exigitur, ut à uobis subditis ueniam postuletis, ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dumnimium seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Et Paulus ad Titum dicebat. Loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Et Isydorus. Qui blando uerbo castigatus non corrigitur, necesse est ut arguatur. Cum dolore enim abscindenda sunt, quæ leniter sanari non possunt. Secundum est, timor scandali. Contra quem in Matthæo legitur, cum diceretur Christo. Scis quia Iudei audito hoc uerbo scandalizati sunt. Ille respondens ait. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cęlestis, eradicabitur, sinite eos, quia cæci sunt, & duces cæcorum, &c. Et Gregorius. Melius est, quòd scandalum oriatur, quàm quòd ueritas relin

Augus. Tit. 2. Isyd. Mat. 15 Grego.

quatur, ſilicet, uitæ, doctrinæ, & iudicii. Tertium eſt, timor mundanus, uel humanus. Vnde Gregorius
Grego. dicit. Sæpe nanque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui liberè & rectè pertimeſcunt. Quartum eſt, indiſcreta remiſſio, de qua exemplum habetur in primo Regum cap. tertio de He-
1.Re.3. ly, qui remiſſè arguebat filios ſuos dicens. Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego audio? &c. Vnde Hieronymus Hely, qui filios delinquentes ferire noluit, apud diſtrictum iudicem ſemetipſum cum filiis crudeli damnatione percuſſit. Et Iſydorus. Nimia pietas diſſolutionem diſciplinę parturit. Quintum eſt, defectus bonæ uitæ. Vnde Gregorius ait. Nam ſermo dulcedinem non habet, quem uita reproba intra conſcientiam remordet.

Hieron.

Iſyd.

Greg.

Correctio debet fieri quinque modis.

Apo. 4. PRimo, procedere debet ex amore. Apoc. quarto. Quos amo arguo, & caſtigo. Et apud Iſa-
Iſa. 11. iam legimus. Egredietur uirga de radice Ieſſe, &c. Ieſſe interpretatur incendium, de incendio ergo amoris de

bet egredi uirga correctionis. Sed sunt quidam qui illos maxime uolunt corrigere, quos uidentur non amare; quorum correctio ab his, quibus adhibetur, non reputatur correctio, sed hostilis persecutio. Vnde Isydorus ait. Qui delinquentem superbo, uel odioso animo corripit, non emẽdat, sed percutit. Secundo debet fieri cum compassione. Vnde Gregorius. Nequaquam iacentem erigit se, nisi qui à status sui rectitudine per compassionem flectit. Et pater Augustinus. Duo sunt nomina, homo, & peccator, quia peccator est, corripe, quia homo est, miserere. Vnde Psaltes. Corripiet me iustus in misericordia. Necesse est ergo illos qui uolunt alios corrigere, iugiter meditari proximi infirmitatem, ut in se ipsis discant, quid alij portare possint. Considerans teipsum (inquit Paulus) ne & tu tempteris. Et Ecclesiasticus. Intellige quæ sunt proximi ex te ipso. Et Hieronymus. Boni enim rectores ex sua infirmitate alio rum infirmitates pensant. Et Gregorius. Si quem uis reprehendere, primum uide ne similis ei sis: quòd si es, patienter ingemisce, si non es ei simi lis, tamen fuisti, uel esse potuisti, cõdescende, & non odio, sed miseri-

Isyd. Greg. Augus. Psa. 140 Gall. 6. Ecc. 31 Hieron. Greg.

quatur, silicet, uitæ, doctrinæ, & iudicii. Tertium est, timor mundanus, uel humanus. Vnde Gregorius
Grego. dicit. Sæpe nanque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui liberè & rectè pertimescunt. Quartum est, indiscreta remissio, de qua exemplum habetur in primo Regum cap. tertio de Hely, qui remissè arguebat filios suos dicens. Quare facitis res huiuscemodi, quas ego audio? &c. Vnde Hieronymus Hely, qui filios delinquentes ferire noluit, apud districtum iudicem semetipsum cum filiis crudeli damnatione percussit. Et Isydorus. Nimia pietas dissolutionem disciplinę parturit. Quintum est, defectus bonæ uitæ. Vnde Gregorius ait. Nam sermo dulcedinem non habet, quem uita reproba intra conscientiam remordet.

1.Re.3.

Hieron.

Isyd.

Greg.

Correctio debet fieri quinque modis.

Apo. 4. PRimo, procedere debet ex amore. Apoc. quarto. Quos amo arguo, & castigo. Et apud Isa. 11. Isaiam legimus. Egredietur uirga de radice Iesse, &c. Iesse interpretatur incendium, de incendio ergo amoris de

bet egredi uirga correctionis. Sed sunt quidam qui illos maxime uolunt corrigere, quos uidentur non amare; quorum correctio ab his, quibus adhibetur, non reputatur correctio, sed hostilis persecutio. Vnde Isydorus ait. Qui delinquentem superbo, uel odioso animo corripit, non emendat, sed percutit. Secundo debet fieri cum compassione. Vnde Gregorius. Nequaquam iacentem erigit se, nisi qui à status sui rectitudine per compassionem flectit. Et pater Augustinus. Duo sunt nomina, homo, & peccator, quia peccator est, corripe, quia homo est, miserere. Vnde Psaltes. Corripiet me iustus in misericordia. Necesse est ergo illos qui uolunt alios corrigere, iugiter meditari proximi infirmitatem, ut in se ipsis discant, quid alij portare possint. Considerans teipsum (inquit Paulus) ne & tu tempteris. Et Ecclesiasticus. Intellige quæ sunt proximi ex te ipso. Et Hieronymus. Boni enim rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensant. Et Gregorius. Si quem uis reprehendere, primum uide ne similis ei sis: quòd si es, patienter ingemisce, si non es ei similis, tamen fuisti, uel esse potuisti, côdescende, & non odio, sed miseri-

Isydo. Greg. Augus. Psa. 140 Gall. 6. Ecc. 31 Hieron. Greg.

cordia argue. Idcirco omnipotens deus principem apostolorũ permisit cadere, ut in culpa sua disceret, qualiter alijs misereri deberet. Sunt multi qui alios durè uolunt arguere, se tamen nolunt corrigi, quorum morbus est, noli me tangere, a solo deo curabiles, cum tactum eius manuũ fugiant. Tertio, debet fieri cum
Psal. 66 mansuetudine. Vnde Psaltes. Quoniam superuenit mansuetudo, & corripuit &c. Vitia animi sic uitia corporis leuiter tractanda sunt. Propte-
Gal. 6. rea dicebat Paulus ad Gallatas. Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Quia sicut dicit Ambrosius. Plus proficit amica correctio, quàm accusatio turbu-
Ambr. lenta, illa pudorem incutit, & hęc indignationem mouet. Quarto, secretò facienda est, si culpa est secreta.
Mat. 18 Sic docet nos Saluator noster in Mattheo dicens. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum, &c. Alioquin non est cor
Ecc. 19 rectio, sed conuiciatio. Ecclesiasticus est correctio mendax in ore contumeliosi. Verè mendax est talis correctio, sicut dicit Pater Augustinus, si solus nosti peccatum fratris, & eum uis coram omnibus arguere, non eris corrector, sed proditor. Si enim non

corrigitur secreta admonitione, tunc publicè arguendus est., sicut dicit Isydorus: Qui admonitus secretò corrigi de peccato negligit, publicè arguendus est; ut uulnus, quod occultè sanari nescit, manifestè debet emendari. Quinto si fuerit manifesta, manifestè facienda est. Vnde Paulus ad Thimoteum dicebat illum instruens. Peccantes coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant. & Isydorus. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. palàm enim arguendi sunt, qui palàm nocent; ut dum aperta obiurgatione sanantur hi, qui eos imitando deliquerunt, corrigantur. Dum unus corripitur, emendantur plurimi. Isyd. 1. Ti. 5. Isyd.

Correctio siue disciplina accipienda est propter tria.

PRimo, quia scriptura docet. David dicit Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus &c. Secundo, quia homini multum prodest. duo nanque bona facit. Primum est, quia est uia ingrediendi ad uitam. Vnde in Prouerbiis dicitur. Via uitæ custodienti di- Psal. 2. Pro. 6.

ſciplinam qui autem increpationes
Pro.15. relinquit errat. Idem. Auris quæ cuſtodit increpationes uitæ, in medio ſapientum commorabitur. Secundum eſt, quia tribuit ſapientiam. vnde
Pro.29. Prou. Virga atque correctio tribuit ſapientiam. Tertio, quia abiectio diſciplinę uel correctionis, duo mala facit, ſilicet, culpę & pœnæ. De prima
Pro.15. legimus in prouerbiis. Qui abiicit diſciplinam, deſpicit animam ſuam. Et
Iob.12. Iob. cor eorum longè feciſti à diſciplina, propterea non exaltabuntur.
Exo.4. De ſecunda dicitur in Deuteronomio proiecit Moyſes uirgam, & uerſa eſt in colubrum. Virga enim correctionis in colubrum uertitur, quia qui hic non corrigitur, in futuro à ſerpentibus infernalibus punietur.
Pro.13. Prou. egeſtas, & ignominia ei, qui deſerit diſciplinam.

Conuerſio dilata difficilis eſt, & periculoſa propter tria.

PRimo, quia quanto aliquis diutius manet in peccato, tanto erit maior pœna peccati. Vnde
Hieron. ſanctus Hieronymus. Quanto autem maior eſt numerus temporum, qui-

bus

bus obliuiſcimur Deum, tanto erit maior pœna peccati. Secundo, quia quanto aliquis diutius manet in peccato, tanto amplius oneratur a peccatis, unde P. Auguſtinus perſeuerare in peccato, dat incrementum ſcelerum. Et Gregorius: peccatum quod per pænitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit: ideo difficilius ſurgit. qui ergo non ſurgit oneratus parum quomodo ſurget quando multum? Tertio quia homo circa mortem habet multa impedimenta, uidelicet, de diſpoſitione domus, & filiorum, de infirmitate, quæ non permittit eum cogitare de anima ſua, ſicut dicit Hieronymus. Dum infirmitate opprimeris, nil aliud cogitare potes quàm ſentis. propter hoc Pater Auguſtinus dicebat. Pænitentiam ſcio, nec laudo, nec uitupero. nam morbus urget; pœna terret, filii & uxor, quos illicite diligit, & mundus eum ad ſe uocat; & ſæpe ex diuino iudicio hoc accidit homini, qui moriens obliuiſcatur ſui, qui dum uiueret, oblitus eſt Dei.

Auguſ. Greg. Hieron. Auguſ.

Conuersio dilata, fatua reputatur propter duo.

August. Greg. PRimum, ut si aliquis in locũ immundum caderet, fatuus esset, si uoluntariè differret exire. Nulla immunditia maior est, quàm immunditia peccati, quod patet ex hoc, quòd luciferum, quo nulla creatura pulcrior erat, unica macula peccati adeo deturpauit, ut absque horrore ab homine non possit conspici. Secundum si quando subueniendum est alicui rei, in qua aliquid continue deperit, ut quando subueniendum est domui, quæ succensa est. ignis enim qui non est ociosus incessanter aliquid de domo destruit, ideo fatuus est, qui differt à se excutere illum. consulendum non est, an ignem de sinu excutere, iam latere exusto, iam nudatis uisceribus, iam sanguine defluente debeamus: inquit Diuus Bernardus. Bern.

Conuicium fugiendum est propter quinque.

PRimo, quia cor hominis multum uulnerat, cui dicitur conuicium. Vnde Ecclesiasticus. Eccl. 28

Flagelli plaga liuorem facit, plaga aűt linguæ cõminuet ossa. Et Isy. Sicut cauet homo ne percutiat baculo, sic cauere debet ne percutiat conuicio. Secundo, quia soluit amicitiam Eccle. mittens lapidem in uolatilia cæli, deiiciet illa: sic qui cõuiciatur amico suo dissoluet amicitiam. Tertio quia, qui conuicia dicunt, sæpe conuicia audiunt. Prou. Impius confundit, & confunditur. Et Ambrosius. Quicquid a te procedit, in te recurrit. Quarto, quia assuetus huic uitio, uix corrigitur. Ecclesiasticus. Homo assuetus in uerbis improperii, omnibus diebus uitæ suæ non erudietur. Et Ambrosius. Assiduitas enim mali eloquij uitiat mentem. Et Isydorus. Prauus usus uix abluitur, assidua consuetudo in naturam uertitur. Quinto, hoc uitium fugiendum est propter hoc. Conuicium est malum pœnę, uel malum culpæ; Si malum pænæ, ergo cum malum pænæ sit a Deo, ipse dicendo; opprobrium homini exprobrat in creatore suo. Ambro. Qui irridet pauperem, exacerbat eum qui fecit eum. Si uerò est malum culpæ, diaboli cum est, de hoc gaudere si quis id commiserit. Leuit. Si habitauerit aduena in terra uestra, & moratus fuerit inter uos quasi indigena, di

Isydo. Eccl. 22 Pro. 13. Ambr. Ecc. 23 Ambr. Isyd. Ambr. Leu. 19.

ligetis eum quasi uos metipsos. Aduena est, qui magnus peccator fuit, cui peccatum suum non est exprobrandum. Ecclesiastic. Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neque improperes ei. memento quoniam omnes in corruptione sumus.

Ecle,8

Contentiones uitandæ propter duo.

Matt.5. PRimo, quia scriptura docet. Matthæi cap. quinto. Qui uult in iudicio, uidelicet, altercationis contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & palium, &c. Et Luc. Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas, silicet, altercando. Non solum autem contentiones sed eorum occasiones. Vnde Paulus stultas autem quæstiones sine disciplina deuita, sciens quòd generant lites. Seruum autem Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Siquis contentiosus est inter uos, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei. Et in prouerbiis dicitur. Honorem homini qui seperat se à contentione. Secundo, propter mala, quæ ex contentione oriuntur, quæ sunt quatuor. Primum est malum exem-

Luc.6.

Tit.2.

Pro.20.

plum. Vnde Paulus ad Timoteum. Noli uerbis contendere ad nihilum enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Ambrosius. Collatio inter dei seruos esse debet, non altercatio. Secundum est, quia contentiosus diabolo adsimilatur. Vnde sanctus Ambrosius dicit. Nihil est similius actibus demonum quàm litigare. Diabolus enim semper querit contentiones, & lites, sic & peruersus. Vnde in prouerbiis dicitur. Crudelis semper iurgia quærit; malus autem angelus contra eum mittetur. Tertium est; quia reddit hominem stultum. Vnde in Prou. dicitur. Labia stulti immiscét se rixis, & os eius iurgia prouocat. Quartum est, quia ostendit hominem superbum. Prou. Inter superbos semper iurgia sunt. Idem. Qui se iactat, & dilatat, semper iurgia concitat.

2. Ti. 2.
Ambr.
Ambr.
Pro. 18.
Pro. 18.
Pro. 28.
Pro. 28.

Cursus triplex.

PRimus, est ad mortem temporalem. Paralip. ultimo. Dies nostri quasi umbra terram, & nulla est mora. Et Augustinus. Nil aliud est tempus præsentis uitæ, quàm cursus ad mortem. Regum decimoquar-

1. Paralip. ulti mo.
Auguſ.
1. Re. 14

to. Omnes morimur & dilabimur quasi aqua super terram, quæ non reuertitur. Hoc enim cursu currunt parui, & magni, nobiles, & ignobiles, & etiam pueri antequam uadant. Quilibet enim singulis diebus facit unam dietam ad mortem. Quotidie nanq; morimur, quotidie enim demitur aliqua pars uitæ; & tunc quoque concrescimur, uita decrescit, & ipsum quem egimus diem, cum morte diuidimus, magna pars eius iam præterit & quicquid ætatis retro est, mors terret. Secundus est cursus malorum, de quo legimus in Hieremia

Hier, 23 factus est cursus eorum malus, & fortitudo dissimilis. Fortitudo ista potest attendi in hoc, quòd ipsi sunt fortes ad malum, & debiles ad bonum, ueloces ad currendum ad mortem æternam, debiles & pigri ad uitam æternam. Vnde Diuus Bernardus. Magna

Bern. confusio, ardentius desiderant seculares perniciosa quàm nos utilia: alacrius currunt ad mortem quàm nos ad uitam. Tertius cursus est bono-

Bern. rum, de quo ait Bernardus. Qui amat ardentius currit uelocius, & peruenit citius. Vnde Paulus ad Corin-

1. Cor. 9 thios dicebat. Sic currite ut comprehendatis. Et P. Augustinus. Deum

Augus. exorans dicebat. Fac me Deus meus

toto corde intendere, uiriliter currere, feliciter peruenire, &c.

Cor durum tria incommoda sustinet.

PRimum est, quòd spiritui sancto resistit. Act. septimo. Dura ceruice, & in circuncisis cordibus, & auribus uos semper spiritui sancto restitistis. Secundum est; quia in omnibus diabolo consentit. Vnde Diuus Bernardus. Hoc est peccatum quod nec in hoc seculo nec in futuro remittitur, quia cor durum & induratum, nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec precibus mouetur, minis non cedit, flagellis induratur, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futura non præuidens, nec Deum timet, nec hominem reueretur, quia sic in omnibus uiis suis adheret diabolo, ut factus sit unus spiritus cum eo. Tertium est, quòd in malum finem adducit. Vnde Paulus ad Romanos scribens dicit. Secundum duritiam tuam, & impenitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, &c. Ecclesiasticus. Cor durum male habebitur in nouissimo, &c.

Act. 7.
Bern.
Rom. 2.
Eccl. 3.

Corpus Christi dignè sumptum septem bona facit.

PRimum est remissio peccatorum. In ipso (inquit Ambrosius) est remissio peccatorum, & postulatio diuinę consolationis. Secundum est dęmonum liberatio. Vnde idem Ambrosius. Suscipe dominum Iesum tuæ mentis hospitium, ubi corpus eius est, ibi Iesus est, cum uiderit diabolus hospitium tuum occupatum, & cælesti fulgere præsentia, intelliget locum temptamenti suis esse interclusum per Christum. Tertium est spiritus delectatio. Vnde in Sapientia dicitur. Panem de cælo præparatum præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Quartum est, in bono animæ confirmatio. Vnde Psaltes. Panis cor hominis confirmat. Quintum est uitæ æternæ acquisitio. Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Idem. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Sextū quia cōiungit capiti primo, idest, Christo. Vnde dicebat Christus. Qui manducat carnem

Ambr. Ambr. Sap. 16. Psa. 103 Ioā. 6. Ioan. 6. Ioā. 6.

nem meam, in me manet, & ego in eo. Septimum quia ualet ad augmentum fidei. Augustinus. Adiūgite fidei rectæ uiam rectam, ut Christum confiteamini uerbis uera dicendo, & factis benè uiuendo. Idem. Laus fidei est credere quod non uides, &c. Augus. Augus.

Corona promittitur quatuor generibus hominum.

PRimo, iustitiæ sectatoribus. Unde Paulus ad Timoteum dicebat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, &c. Secundo castitatis amatoribus. Ideo in Sapientia dicitur. Quàm pulcra est casta generatio cum claritate. Tertio, temptationem sufferentibus. Unde D. Iacobus. Beatus uir qui suffert temptationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, &c. Quarto, in fide usque ad mortem perseuerantibus. Unde Apoc. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ, &c. 2. Ti. 4. Sap 4. Iac. 1. Apo. 2.

Columbæ proprietates sunt octo.

PRima est, quia caret felle, in quo commendatur mansuetudo quæ omnem amaritudinem
Heb. 12 pellit à corde. Vnde Paulus. Neque radix amaritudinis sursum germinet, & impediat, &c. Et Petrus. Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationem, & in-
1. Pet. 2 uidiam, &c. Seruat etiam cor in sua
Grego. dignitate, sic ut ait Gregorius. Mansuetudo imaginem Dei in nobis seruat, quam iracundia dissipat. Secunda, quia non lędit ore. in quo comendatur modestia, quæ est oris custodia, & omne uerbum malum intrare, uel
Eph. 4. exire non sinit. Ephe. omnis sermo malus ex ore uestro nō procedat, &c. Tertia, quia non nocet ungue, in quo commendatur innocentia, quæ cu-
Psa. 23. stodit manus ab omni iniuria. Psal. Innocens manibus, & mundo corde, qui non accipit in uano animam suã, nec iurat in dolo proximo suo, &c. Quartã, quia alienos pullos nutrit, ut suos. in quo commendatur charitas, quæ aliena bona ut sua diligit.
Leu. 19 Leuit. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quinta est, quia gemi-

tum pro cantu habet, in quo commendatur luctus pro peccatis, tam propriis quàm alienis, qui mutabitur in gaudium. Matth. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Sexta, quia residet super aquas, ut umbra uisa, fugiat accipitrem, in quo commendatur studium, siue meditatio scripturarum. Vnde in canticis canticorum dicitur. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum. Et in Prouerbiis. Fili mi ne obliuiscaris legis meę. Septima est, quia gregatim uolat, in quo commendatur unitas. De hoc require in capitulo de unitate. Octaua est, quia pauperi nido contenta, in quo commendatur paupertas, & damnatur superfluitas. Vnde Paulus dicebat. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Salomon quoque domino loquebatur. Diuitias, & paupertates ne dederis mihi sed tantum uictui meo prę be necessaria.

Mat. 5.
Cant. 5.
Pro. 3.
1. Ti. 6.
Pro. 30.

Contritio prouenit ex quinque.

PRimo, ex recordatione peccati. Secundo ex timore iudicij, & pœnarum inferni. Tertio ex recordatione mortis. Quarto ex lon

ginquitate peregrinationis. Quinto ex desiderio supernæ patriæ.

Discretionis incitamenta sunt tria.

PRimum est, nobilitas personæ
Psal. 90. cui seruitur. Psal. Honor regis iudicium diligit, scilicet, discre-
Ambr. tionis. Et Ambrosius. Prudenter enim Deus seruiri uult, non nimietate debiles fiant, & postea medicorum suffragia requirant. Temperandum est, ut si fieri potest, cœptum obsequium gradatim prouehatur potius quàm per inconsiderationem minuatur. Secundum, quia diabolus pugnat contra nos sapientia, & astutia potius quàm uiribus. & ideo nos contra eũ sapientia pugnare oportet, non uiribus, quia uires non sufficiunt resiste-
Sap. 6. re sapientiæ. Vnde Sap. Melior est sapientia, quàm uires, uirque prudens, quàm fortis. Et hoc est, quòd in lege ueteri non offerebatur animal cæcum, & in omni sacrificio ponebatur sal. Tertium est, mala quæ ex indiscreto feruore proueniunt, quæ Bea-
Bern. tus Bernardus ponit dicens. quòd ex indiscretionis uitio ieiunia & uigilias sic agit ut deficiente spiritu, &

languente

guente corpore ſpiritualia impedian tur; abſtulit corpori ſuo boni operis effectum, ſpiritui affectum; pro Christo exemplum, deo honorem, & ſeruitium; ſacrilegus eſt, & omnium horum in deo reus. talis ſacrilegus dicitur qui uiolat templum dei, corpus ſuum. Idem etiam. Carnem debemus reſtringere, non extinguere. Item. Si quis ſine conſenſu & uoluntate Patris ſpiritualis, ſit ſingularis uanę gloriæ imputabitur, non mercedis. Vnde Gregorius. ſint ergo moderata, & ſanta, & ſimplicia ieiunia ueſtra, quę ita corpus attenuent, ut animam non eleuent, ne res humilitatis gignat ſuperbiam, & uitia de uirtute naſcantur. Bern. Bern. Greg.

Doctrina Chriſti audienda eſt propter tria.

PRimo, quia uera. Matth. Magiſter ſcimus quia uerax es, &c. Mat. 22 Et Chriſtus dicebat. Ego ſum Ioã. 14. uia, ueritas, & uita. Secundo quia utilis. Io. Verba quę locutus ſum uo Ioan. 8. bis, ſpiritus, & uita ſunt. Tertio, quia æterna. Vnde dicebat Saluator. Cęlum Luc. 12 & terra tranſibunt, uerba autem mea non præteribunt, &c.

Detractio fugienda est propter duo.

Leu.19. PRimo, quia scriptura docet. Leui. Non maledices surdo, nec coram cæco ponas offendiculum. Vnde Glossa. Surdo maledicit, qui absenti detrahit. Homo enim absens minus potest audire quàm surdus. Cæcus est, qui auscultat, uel quia simplex est, uel quia non cognoscit personam cui detrahitur. Vnde
Iaco. 4. Iacobus. Nolite detrahere in alterutrum fratres, quoniam qui detrahit
Bern. fratri, &c. Bernardus. Noli esse uitæ alienæ aut temerarius iudex, aut curiosus explorator. Secundo, propter mala, quę ex detractione proueniũt, quę sunt sex. Primum est, quia detractor cum detrahit proximo, seipsum occidit. Vnde Hieronymus. Tu te
Hieron. interficis, si aliis detrahis. Et Isydo-
Isyd. rus. Quod in aliis detrahis in te potius pertimesce. Secundum est, quia proximum quantum in se est, detrahendo, interficit. Vnde Hieronimus.
Hieron. Quando detraho fratri meo, lingua mea fratrem meum occido. Leuit. sex-
Leuit. 6 to. Sanguinem omnis animalis non sumetis in cibum. Sanguinem come-

dit, qui in alieno peccato delectatur. Tertium est, quia audientem similiter detractionem occidit. Vnde D. Hieronymus linguam detrahentem, & aurem audientem, diabolus sedet super utranque; ideo appellatur lingua tertia. Ecclesiasticus lingua tertia multos commouit, & dispersit illos, a gente in gentem; hoc est lingua detractoris. Vnde subditur. Vtilis potius infernus, quàm illa. Et Bernardus. Gladius triceps lingua detractoris, qui tres interficit uno flatu. Quantum nanque in se est, illius percutit conscientiam, & istius uulnerat charitatem, secum pariter utrunque perimit. Vnde in Prouerbiis legitur. Noli esse in conuiuio peccatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad uescendum conferunt. Super quibus uerbis Glossa ait. Carnes ad uescendum conferre, est inuicem locutione derogationis uicissim dicere uitia proximorum. Quartum est, quia hoc uitium comparat hominem serpenti. Vnde Ecclesiasticus. Si mordeat serpens in silentio, nil eo minus habet qui occulte detrahit. Et hoc propter quatuor. Primo quia serpens uenenum in ore portat. Sic detractor sub eius lingua defert uenenum. Secundo, quia proditiosum animal est.

Hieron. Ecc. 28 Bern. Pro. 43. Glossa. Ecc. 10 Iac. 4.

& in silentio mordet. Sic detractor retro illos mordet, quos presentes se amare simulat. nec detrahit, nisi ubi de silentio confidit: & sicut ad literã serpens uerbis, & tumultibus terretur, sic talis timet si uiderit eum ueni re cui detrahit. Tertio, quia serpens tortuosè incedit, sic detractor à laude eius incipit, cui uult detrahere dicens; Non dico hoc animo detrahenti, quia diligo eum; & hoc ut fides ei adhibeatur. Quarto, quia serpens terram comedit, sic detractor quod terrenum & infirmum est in homine, in ore suo uersatur. Vnde comparatur porco. Porcus intrans hortum, si in parte una uiderit flores, & ex alia stercora, currit ad ea, & dimittit flores. Sic detractor si uidet in aliquo bonũ non curat, si uero malum obloquitur, & infamat. Comparatur etiam cani moranti in macello, qui non timet inquinare linguam suam, & habet semper labia sanguinolēta. Quintum malum est, quia reddit hominem odiosum Deo, & hominibus. Vnde
Pro.24. Prou. Abhominatio hominum detractor. Et Paulus ad Romanos. Detra-
Rom.1. ctores deo odibiles, &c. Sextum malum est, quia Detractor mortem æternam acquirit. Prou. uigesimoquarto.
Pro.24. Cum detractoribus ne comiscearis;

quàm repente consurget perditio eorum. Et Pater Augustinus. Non detrahes, nec audies detrahentem, quoniam qui detrahit eradicabitur de terra uiuentium. Et Bernardus amittunt uitam detractores deo odibiles, quoniã quos odit Deus, mori necesse est. Augus. Bern.

Detractio fit sex modis.

PRimo, occulta mala proximi publicare. Secundo, cum augmento audita referre. Tertio, crimina falsa componere. Quarto, bona occulta negare. Quinto bona manifesta minuere. Sexto & ultimo modo, bona in mala conuertere. Quos quidem modos unusquisque uelut animæ & corporis pestem fugere debet, quin potius tanquam à facie colubri fugam arripere.

Detractionis remedia sunt tria.

PRimum est, ut homo seipsum primò examinet. Vnde Isydorus dicebat. Quando alij detrahis, ipsum te discute, quando alium mordes, tua peccata redargue. nunquam detrahes ubi te bene perspexe- Isyd.

Augu. ris. Et Pater Augustinus. Qui se ipsum cõsiderat, nõ habet quòd in aliis reprehendat. stultus esse dicitur, qui se propter alium obliuiscitur. ò quanti stulti sunt in hac parte, qui facilius uitia quàm uirtutes aliorum perscrutantur, & unde hoc accidit? quia nos sicut proximum, & proximum sicut nos non aspicimus. Si enim nos sicut proximum aspiceremus, nostra reprehensibilia directè uideremus: & rursum si proximum aspiceremus ut nos, nunquam nobis eius actio appareret intolerabilis. Secundum est, ut detrahentem non audiat. Vnde in Pro. 4. Prouerbiis dicitur. Labia detrahentium Ecc. 28. sint procul à te. Et Ecclesiasticus. Sepi aures tuas spinis, & noli audire lin- Isyd. guam iniquam. Et Isydorus. Detrahentem non audias, susurrantibus auditum non prębeas, pari enim reatu & detrahentes, & audientes tenentur. Tertium est, ut detrahenti tri- Pro. 25. stem uultum ostendat. Prou. uigesimoquinto. Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam de- Hieron. trahentem. Et D. Hieronymus. Discat detractor dum te uidet non libenter audire, non facilè detrahere. nam nemo inuito auditori libenter narrat.

Defensio peccati fugienda est propter quatuor.

PRimo, quia Deus non liberat illum à peccato, qui defendit peccatum. Vnde Salomon dicebat. Qui abscondit scelera, sua non dirigetur. & Ambr. Cum factus es peccati tui defensor, quo modo erit Deus liberator? ut sit ipse liberator, tu esto accusator. Secundo, quia defensor peccati, Deum in culpa sua inuoluere uult. quod quidem magnum peccatum est. Vnde super illud Genesis. Mulier quam dedisti mihi decepit me. dicit Glossa. Proprium est peccantibus Deo uelle atribuere unde accusantur. Et super illud Psalmi. Nolite inique agere, &c. dicit etiam. Malum est peccare, & peius est perseuerare, pernitiosissimum est defendendo se, in Deum culpam suam proiicere. Tertio, quia magna est stultitia uelle defendere pessimum hostem quem habet, silicet peccatum, quod est pessimus hostis: quia nec homo, nec diabolus potest nocere homini si cauerit se ab hoste. Vnde Gregorius dicit. Nulla nocebit aduersitas si nulla dominetur iniquitas. Quarto

Ambr.

Gen. 3.

Glossa.

Psal. 78

Grego.

to fugienda eſt exemplo ſanctorum, qui culpabiles ſe timent, & agnoſcũt

Greg. culpam ubi non eſt. Vnde Gregorius. Piarum mentium eſt, ibi culpã agno-

Pro.18. ſcere ubi culpa non eſt. Prou. decimo octauo. Iuſtus in principio accuſator eſt ſui. Ille enim qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, ſigna peccati habere non timuit. uoluit enim circuncidi, & cum iniquis deputari, & eſſe opprobrium hominum, & abiectio plebis. Vnde

Hieron. Hieronymus. Quantuncunque abiectus fuero, nunquam abiectior ero Ieſu Chriſto.

Deſideria, à quibus debemus abſtinere, ſunt tria.

PRimo, debemus abſtinere à deſideriis carnalibus, quæ ſunt de-

Rom.13 lectationes carnis. Vnde Paulus ad Romanos dicit. Et carnis curam ne feceritis, &c. Secundo à deſideriis ſecularibus, deſideria ſecularia ſunt honores ſeculares. Vnde Pau-

Tit.2. lus ad Titum dicebat. Apparuit gratia ſaluatoris noſtri Dei omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè uiuamus in hoc

ſeculo, &c. Tertio à deſideriis nociuis. Deſideria nociua ſunt diuitiæ temporales. Propterea dicebat Paulus ad Timoteum. Qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationes, & in laqueum diaboli, &c. uſque in interitum & perditionem. 1. Ti. 6.

Deus dicitur cuſtos ſeptem modis.

PRimo, propter creationem. Malach. Nunquid non unus pater omnium noſtrum? &c. Secundo, propter educationem. Pſal. Quid dat eſcam omni carni, &c. Tertio propter nimiam dilectionem. Non eſt enim maior dilectio quàm patris ad filium. Io. ſexto. Pater amat uos. Quarto, propter eruditionem. erudit nanque nos, tanquam bonus Pater. Quinto propter caſtigationem. Heb. 12. Flagellat omnem filium quem recipit. Sexto, propter magnæ hereditatis præparationem. Rom. 8. Si filij, & heredes, &c. Septimo, propter ſui imitationem. Ideo ſe uocat patrem noſtrum ut eum imitemur. Ephe. 5. Imitatores dei eſtote ſicut filij charisſimi. Quis maior honor quàm habere Deum patrem. Mal. 2. Pſa. 135 Io. 6. Heb. 12 Rom. 8. Ephe. 5

Debitores sumus Deo, proximo, & nobis ipsis.

Psal.33 DEo debemus tria, silicet, timorem. Vnde Dauid dicebat. Timete dominum omnes sancti
Eccl.ul timo. eius. Et Ecclesiasticus. Time dominum, & mandata eius obserua. hoc est omnis homo, ideft ad hoc factus
Hier.10 est omnis homo. Hieremiæ. Quis non timebit te ò rex. Secundo, honorem. Soli deo honor & gloria in secula seculorum Amen. Apoc. 14. Ti-
Apo.14 mete dominum, & date illi honorem.
Mat.22 Tertio amorem. Vnde Matth. 22. dicitur. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Proximo de-
Ro.13. bemus tria, silicet, dilectionem. Rom. Nemini quicquam debeatis, nisi ut
Ioã.15. inuicem diligatis. Et Io. Hoc est præceptum meum ut diligatis inuicem, &c. Auxilium. Vnde Ioannes in sua canonica Epist. dicebat. Non diliga-
I oan.3. mus uerbo, neque lingua, sed opere & ueritate. Quod potest fieri duobus modis ne quis excusationem habeat.
Isa.58. Primo, temporalia ministrando. Isa. 58. Cum uideris nudum, operi eum, &c. Quia qui habet, non habenti det. Secundo pro eis orando. Vnde D.

Bernardus. An uero utilius aut efficacius auxilium aliquod esse potest, quàm ut orem deuotè pro eo. Tertio debemus consilium, quod potest dari duobus modis. Primo, uerbo, Apoc. Qui audit dicat, ueni ad te, &c. Et Paul. ad Tessa. 4. Consolamini inuicem, & ędificate alterutrum. Secundo exemplo, Bernar. Nullum consilium melius arbitror, quàm si exemplo tuo fratrem tuum docere studeas. Nobis ipsis debitores sumus, silicet, corpori, & animę. Corpori debemus tria, silicet, Pabulum ne deficiat, uirgam ne accidia torpeat, onus ne lasiuiat. De his loquitur Sapientia cibaria, & uirga, & onus asino; panis & disciplina opus se ruo. Animę similiter duo debemus, silicet, compassionem. Ecclesiast. Miserere animę tuæ placens Deo. Honorem, silicet, eam a malitia peccati solicitè custodiendo. Ecclesiast. Fili in mansuetudine serua animam tuam, & da honorem ei secũdum meritum suum, idest, dignitatem suam.

Bern.
Apo. 2
1. Tes. 4
Bern.
Sap. 33.
Ecc. 30
Ecc. 10

Cum anima Deo similis sit, debetur ei honor sicut Deo.

Dominicum diem non obseruantes tripliciter peccant.

PRimo, quia mundus creatus est in die dominico, ideo peccat in patrem, cuius potentia creatus est. Secundo, quia in die dominico pro nobis nasci uoluit, & resurgere a mortuis, ideo peccat in filium. Tertio, quia in die dominico spiritū sanctum in discipulos misit, ideo peccat in spiritum sanctum.

Deus irascitur contra quatuor genera hominum.

Isa. 5. PRimo, contra eos, qui legem dei spernunt. Vnde Isaias dicebat: Abiecerunt enim legem Dei exercituum, & eloquium sancti Israel blasfemauerunt. ideo iratus est furor domini in populum suū, & extendit manum suam super eum. Secundo, contra eos, qui in peccatis

Isa. 46. usque ad finem persistunt. Isaias ait. Ecce tu iratus es, peccauimus, & impij fuimus semper. Tertio contra

eos,

eos, qui temporalibus diuitiis abutuntur. Vnde Zacharias ait. Irascor ego super gentem opulentam, &c. Quarto, super eos, qui proximis non compatiũtur. Iacobus ait. Iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam. Zac. 1. Iac. 2.

Dimittere debemus delinquentibus propter tria.

PRimo, propter Dei uoluntatem, quę potest cognosci duabus rationibus. Prima per eius mortem; ipse enim mori uoluit, ut nobis dimitteret. Vnde Paulus ad Titum dicebat. Dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, &c. Et Augustinus. Vide redemptoris supplicium & remitte redempti hominis delictum. Secunda propter sui comminationem. Matt. 8. serue nequam omne debitum dimisi tibi, &c. Secundo debemus dimittere propter nostram utilitatem, quæ duplex est. Prima, quia si dimiseimus pro Christo, dimittet & nobis. Matt. 5. Si dimiserimus hominibus peccata eorum, dimittet & nobis Deus peccata nostra, &c. Secunda quia si dimise- Tit. 2. Augus. Mat. 8. Matt. 5.

rimus unam iniuriam, dimittet nobis
Mat.18 centum. Matth. 18. Omne debitum dimisit tibi, &c. Tertio, propter nostram incommoditatem, si non dimise
Mat. 5. rimus; quæ duplex est. Prima, quia si non dimiserimus, nec pater noster dimittet nobis, sicut apud Matth. legimus. Secunda, si non dimiserimus,
Mat. 18 dimissa replicabit. Nonnè oportuit te misereri conserui tui, sicut & ego misertus sum tui, ideo, &c.

Dæmones dicuntur uolucres cæli propter tria.

PRimo, quia altos temptant, idest, illos qui altè uolunt uiuere per sanctitatem uitæ. Vnde
Iob. 9. Iob. Esca eius, esca electa. Et Paulus.
Ephe. 6 Contra spiritualia, &c. Secundo, quia uolant per male faciendi festinatio-
Trē. 4. nem. Tren. 4. Velociores fuerunt per secutores nostri aquilis cęli. Tertio, quia uiuunt de raptu per deuorationem animarum. Vnde Petrus Apostolus. Aduersarius noster diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quęrens
Eze. quem deuoret &c. Et Ezech. Aquila grandis magnarum alarum uenit ad libanum & tulit medullam cedri, idest animam uiri sancti.

Desertum dicitur claustrum propter tria.

PRimo, quia desertum est medium inter Aegyptum, & terra promissionis. Sic claustrum est medium inter mundum & cælum; per illud recta est uia de mundo ad cælum. Cant. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, &c. quasi dicat. Rectè tendit in cælum. Psal. Qui traduxit populum suum per desertum, &c. Secundo quia ibi producitur aqua de petra, idest lacryma de cordis duritia; uel de Christi memoria. Num. 20. loquimini ad petram, & illa dabit aquam, &c. Isa. Percussit petram, & fluxerunt aquæ, &c. Tertio, quia ibi datur manna; idest dulcedo spiritualis consolationis. Exo. Ecce ego pluam uobis panem de cælo, egrediatur populus, &c. Optimum igitur intra claustrum manere existit, per quod seculares fugiendo uanitates, tot bona acquiruntur, quibus tandem ad cæli patriam peruenitur.

Cant. 3.
Ps. 135
Nu. 20.
Isa. 51
Exo. 16

Eleemosyna quinque bona facit.

Eccl. 3. PRimum est, quia peccato obstat. Vnde Ecclesiasticus, ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccato. Et Prou. Redemptio animæ uiri, diuitiæ suę. Et Dan. Eleemosynis peccata tua redime, &c. Secundum, quia bona temporalia multiplicat. Luc. Date eleemosynam, & dabitur uobis. Vnde Gregorius. Terrenæ substantiæ per hoc quod pauperibus distribuuntur, multiplicabuntur. Et Prou. Feneratur domino, qui miseretur pauperi, &c. Plus nanque accipit quàm impendat qui eleemosynam pauper, tribuit; propterea dicebat Saluator. Centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Tertium, quia Deum placat. Prou. 21. Munus absconditum extinguit iram, & donum in sinu indignationem maximam. Vnde Pater Augustinus. Nemo enim dicat quòd præstat, sibi enim plus præstat quàm pauperi. Quartum est, quia à Deo impetrat quòd postulat. Ecclesiasticus. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & ipse exorabit pro te.

Pro. 13. Dan. 4. Luc. 6. Greg. Pro. 19 Mat. 19 Luc. 8. Pro. 21. Augus. Ecc. 29

Et Isaias. Frange esurienti panem tu- Isa. 58.
um, &c. & subdit. Tunc inuocabis &
dominus exaudiet, clamabis, & di-
cet, ecce adsum, &c. Quintum est
quia beatitudinem æternam parat.
Prou. 19. Qui pronus est ad miseri- Pro. 19.
cordiam benedicetur. Et Bernardus. Bern.
Præbe tectum & accipe cælum. Matt. Mat. 24
Venite benedicti patris mei percipi-
te regnum, &c. Esuriui & dedistis mi
hi manducare, &c. Plus certò per pau
perem recipimus, quàm id quod pau
peri damus, damus illi numum, & re
cipimus cælum, damus bucellam, &
à Christo recipimus uitam æternam.
Hoc Basilius. Basil.

Eleemosyna fit quatuor modis.

COmpatiendo. Vnde Iob pa- Iob. 19.
tientissimus dicebat. Compa
tiebatur anima mea pauperi.
Et Cyprianus. Quisquis illi qui in Cypri.
eum peccauit dimittit ignoscendo
peccatum sine dubio eleemosynam
facit. Et Gregorius. Plus est compas Greg.
sio quàm datum, quia rem quamlibet
dat plerunque etiam qui non compa-
titur. Consilium præbendo. Vnde Isy Isyd.
dorus. Nam qui in necessitatibus po-
sitis consilium deuotè dat, eleemosy-

Isyd. nam proculdubio facit. Idem. Doctrinæ donum eleemosyna est. Numum bonæ uoluntatis prębendo. Vnde
Grego. Gregorius. Nunquam manus ante Dei oculos erit uacua à munere, si archa cordis erit plena bona uoluntate. Et Chrisost. Voluntas facit opus
Chriso. remunerabile, non opus uoluntatem. Quarto, temporalia distribuendo.
Isa. 58. Vnde Isaias. Frange esurienti panem tuum; &c. Multæ extant de hoc auctoritates scripturæ sacræ, quas alibi uidere poteris, si uolueris.

Eleemosyna danda est quadrupliciter, ut sit recta.

PRimo, ordinatè, uidelicet, ut homo prius sui misereatur. Vn-
Augus. de P. Augustinus. Qui uult ordinatè dare eleemosynam, à seipso de-
Ecc. 30 bet incipere. Ecclesiasticus. Miserere animæ tuæ placens deo. Secundo,
Prou. 3. cum festinatione. Prou. Ne dicas amico tuo, uade & reuertere, & cras sta-
Eccl. 4. tim postea dabo tibi, &c. Et Ecclesiastici. Cor inopis ne afflixeris, & non
Isyd. perturbes datum angustianti. Et Isydorus ait; quod cum tędio datur, mer
Augus. cedem perdit. Et pater Augustinus.

Qui dat ut careat tędio interpellantis,non ut reficiat uiſcera indigentis, & rem, & meritum perdit. Tertio cum hilaritate. Nam hilarē datorem (ait Paulus) diligit Deus. Tunc bene igitur tribuitur quando cum hilaritate datur. Propterea dicebat Dauid. Voluntariè ſacrificabo tibi. D. Bernardus. Iuſtus iudex Deus, non modo quid fiat, ſed quo animo fiat conſiderat. Quarto; cum ſermonis dulcedine. Eccleſiaſt.4.Declina pauperi ſine triſtitia aurem, & reſponde ei cum pacifica manſuetudine. Vnde Gloſſa. Non per iram exaſperandus eſt pauper, ſed blanda locutione placandus. Eccleſiaſt.4.Animām eſurientem ne deſpexeris, & non exaſperes pauperem in inopia ſua. Quinto additur quòd eleemoſyna danda eſt cū bona intentione, ideſt non amore mū di, ſed dei tantum facienda eſt. Nam Deus animum magis, quàm munus datum intuetur, & prorſus mundi iactantiam, uanitatem, & amorem abhorret. propterea dicebat ſaluator. Te aūt faciente eleemoſynam ſiniſtra tua, quid faciat dextera neſciat, &c. Cor igitur humanum deus penſando, non quantum muneris, ſed quanto amore fiat reſpicit. hoc modo ad Abel reſpexit, & poſtea ad munera

2.Co.6. Pſal.53 Bern. Eccl.4. Gloſſa. Eccl.4. Mat.6.

Beda. eius. Vnde Beda. Non quantitatem muneris pensat Deus, sed deuotionem cordis. Et Isydorus. Quod enim affectu bono dispensatur, hoc accipit Deus.

Isyd.

Ebrietas fugienda est propter duo.

Eph. 5. PRimo, quia scriptura docet. Dicebat Paulus. Nolite inebriari uino in quo est luxuria. Et Saluator noster. Attendite ne grauentur corda uestra crapula & ebrietate. Secundo propter mala, quæ ex ebrietate oriuntur, quę sunt quatuor. Primum est, quia bona naturæ exterminat. Vnde Pater Augustinus. Ebrietas aufert memoriam, inuoluit linguam, corrumpit sanguinem, omnia membra debilitat, uitam diminuit, & omnem salutem exterminat. Beda. Immoderatus haustus uini interioris, & exterioris uisus ingerit cęcitatem. Quin potius mente recta (ait Tullius) uti non potest, multo cibo, & potatione repletus. Secundo, quia ad omnia uitia hominem incuruat. Ebriosus (ait Galienus) seruus est omnium uitiorum. Tertium, quia sepe discordias generat, & guerras. Ec-

Luc. 18

August.

Beda.

Tullius

Galien.

Ecc. 31

clesiasticus. Vinum multum potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit. Quartũ quia mortem æternam parat. Isayas. Væ qui consurgens mane ad ebrietatem, &c. Ecclesiasticus. Amaritudo animę uinum multum potatum. Isa. 5. Ecc. 31

Aequitas triplex, silicet.

Cordis, quam requirebat Dominus Salomoni dicens. Si ambulaueris coram me in simplicitate cordis, & æquitatis, ponam thronum regni tui supra Israel in sempiternum, &c. Tunc cor æquum est, cum amamus quod decet, timemus quod oportet, gaudemus de ueris tantum bonis, & dolemus de peccatis. Oris. æquitas oris consistit in tribus, silicet, ut uerba quæ loquimur, sint pauca, uera, & utilia. Operis. operis æquitas consistit in tribus, in rectitudine, in iustitia, & discretione. 3. Re. 9.

Rectitudo refertur ad intentionem, iustitia ad utilitatem, discretio ad donum.

Elõgantes se à Deo in triplex malum incurrunt.

Luc.15 PRimo, in euacuationem omnis boni spiritualis, ueluti exemplum extat de filio prodigo. Et Hier.2. Hierem. Elongauerunt se, & post uanitatem abierunt, & uani facti sunt. Ecc.13 Secundo in obliuionem. Ecclesiasticus. Non te elonges à uiro potenti ne fortè eas in obliuionem. Virum potentem Christum appellat. Et hoc Hier.2. est maius damnum. Hier. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ uiuę, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere Hieron. non ualent aquas, &c. Et Hieronymus. Scito, & uide quia malum, & amarum est, te reliquisse deum tuum, & non esse timorem domini apud te. Psal.72 Tertio in perditionem. Vnde Dauid dicebat contra istos. Qui elongãt se, à te peribunt. Bonũ igitur est deo adherere, & firmiter manere.

Fides dicitur multipliciter.

FIdes quandoque dicitur sponsio, de qua dicebat Paulus ad Tim.5 Timoteum. Quia primam fi-

dem irritam fecerunt. Fides, quandoque dicitur fidelitas. Vnde in Prouerbiis dicitur. Virum fidelem quis inueniet? Quandoque dicitur conscientiam, secundũ Pauli sententiam. Omne, quod nõ est ex fide, peccatum est. Quandoque dicitur sacramentum fidei. Vnde P. Augustinus. Quid est paruulos habere fidem, nisi fidei sacramentum? Et dicitur fides uiua, & fides mortua. Mortua est, quæ sine operibus charitatis est. de qua dicebat Iacobus. Fides sine operibus mortua est in se. Hæc enim fides non est secura, nec meritoria tribus de causis. Primo, quia deo non placet; est enim sicut cadauer exanime deo oblatum. Vnde Iacob. Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. Bernardus. Quid est fides, quæ nõ operatur ex dilectione nisi cadauer exanime? benè honoras Deum munere fetido, benè placas Deum tuę fidei interfectione. Secundo quia fides mortua facit ad augmentum culpæ, & pęnæ. Augmentum culpæ facit, quia cum sit cognitio aggrauat culpam, sicut ignorantia attenuat; augmentata autem culpa, augmentatur & pęna. Vnde apud Lucam legitur. Seruus sciens uolũtatem domini sui, & non faciens, plagis ua-

Pro. 20. Ro. 14. Augus. Iac. 2. Iac. 2. Bern. Luc. 12

Bernar. pulabit multis. Et Bernar. Ad cumulum damnationis uidetur nobis relicta fides futuræ promissionis. Tertiò, quia fides mortua, fides dæmonum esse uidetur, non hominum. Vnde Pater Augustinus. Nolite tanquam de fide securi esse, adiungite fidei rectæ uitam æternam, ut Christum confiteamini uerbis uera dicendo, & factis benè uiuendo. nam si confiteamini uerbis & non factis, fides talium propriè fides est demoniorum. fides cum dilectione fides christiani est, sine dilectione, fides est dæmonis. Immò fides christianorum qui deum non timent, inferior uidetur esse fide dæmonum, illi Deum timent. Vnde Iacobus. Tu credis quia unus est Deus? benè facis, & demones credunt, & contremiscunt. Ecce demones uiderunt, & timuerunt, homines uiderũt, & occiderunt. Viua fides est, quæ cum charitate operatur. Fides quę per dilectionem operatur; ait Paulus.

Margin notes: Bernar. — Augu[st]. — Iac 2. — Gal. 5.

Fidei incitamenta sunt quatuor.

1. Cor. 16. PRimum est scriptura. Vnde Paulus. Vigilate & state in fide. Secundum quia est homini necessaria. Heb. Sine fide impossibile est

Heb. 11.

placere

placere deo. Quia ipsa est radix & fundamentum omnium bonorum. Vnde in uanum laborauerunt, & laborant, qui sine ea uolunt ędificare. Vnde Pater Augustinus. Videntur ruinam quęrere, qui sine fide uolunt ædificare. Et Paulus. Fundamentum aliud nemo potest ponere, nisi Iesum Christum, idest fidem Iesu Christi. Gregorius sicut rami sine uirtute radicis arescunt, ita quęlibet opera licet bona uideantur, nulla sunt, si à fidei soliditate disiungantur. Quantum uero ad tertium incitamentum, fides deo multum placet. Vnde Ecclesiasticus: fides & mansuetudo deo placet. Hierem. Domine oculi tui respiciunt fidem. De hac materia require in sequenti capite, Beneplacitum est deo. Quartum est quia diabolo multum displicet. De hac materia uide in secundo capitulo. Quintum additur, quia homini multum prodest. sed de materia hac in tertio capitulo uide.

Augus.

Greg.

Eccl. 5.

Hier. 5.

Fides placet deo propter tria.

PRimo, quia fides est porta, per quam princeps uniuersorum intrat ad cor hominis. sicut legitur de Beata Virgine, quia prius in-

trauit filius Dei in mentem uirginis per fidem quàm in uentrem. Vnde in
Luc. 1. Luca dicitur. Beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta
Augus. sunt tibi à domino. Et Pater Augustinus. Beatior fuit Maria percipiendo fidem Christi, quàm concipiendo carnem Christi. Secundo, quia fides in mente signum regium ponit, idest, filium Dei in cruce pendentem. Tertio, quia solis fidelibus benedictiones dabit. Vnde apud Ioannem dici-
Ioã. 20. tur. Beati qui non uiderunt & credi-
Luc. 10. derunt. Et apud Lucam. Beati oculi qui uident, quæ uos uidetis. Et Pau-
Gall. 3. lus. Qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.

Fides displicet diabolo propter quatuor.

PRimo, quia fides non cessat diabolo contumeliam facere: ipsa nanque ostendit eum nullius creature Deum esse, & auctorem solius mali; & propter culpam suam iu
Ioã. 16 dicatum iam esse. Io. 16. Princeps huius mundi iam iudicatus est. Secundo, quia per fidem ei ubique resistitur.
1. Pet. ulti. 5. Vnde Petrus admonebat nos inquiens. Cui resistite fortes in fide. &

apud Marcum dicitur. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur, in nomine meo dęmonia eiicient, &c. Tertio, quia fides diabolum de mente expellit, ponens ibi crucē, & Christum in ea pendentem, unde uidens eam in qua uictus fuit, multum timet, & stare non potest. Vnde Bernardus. Nullus dęmonum propè stare poterit uidens gladium in quo deiectus est, silicet crucem. Quarto, quia fides est lux ualde exosa diabolo. Ioan. 3. Qui malè agit, odit lucem, & non uenit ad lucem, &c. Mar. ultimo. Bernar. Ioan. 3.

Fidei bona sunt septem.

PRimum est, quia illuminat, & tenebras infidelitatis expellit. Vbi fides non est, ibi tenebræ sunt. In cuius figura in Exodo legitur. Factę sunt tenebræ horribiles in uniuersa terra ægypti tribus diebus nemo uidit filium suum, nec mouit se de loco in quo erat. ubicunque autem habitabant filij Israel, lux erat. Secundum, quia uincit mundum; dicente Ioanne. Hæc est uictoria quæ uincit mundum fides nostra. & Hieronymus. Qui ueram fidem habet non Exo. 10 Hieron.

peccat. Tertium, quia filium Dei facit; sicut dicit Ioannes. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, &c. Et Paulus.
Ioan. 1.
Omnes uos estis filii dei per fidem, &c. Qui uero incredulus est filio, nô habet uitam æternam, sed ira Dei manet super eum, ait Ioan. Et Pater Augustinus. sine fide nemo poterit ad filiorum dei numerum peruenire. Tertium, quia reddit hominem fortem. Vnde Paralip. Oculi domini præbent fortitudinem his, qui perfecto corde credunt in eum. Item. Credite in dominum Deum uestrum & securi eritis. Quintum est, quia facit hominem uiuere uita gratiæ. Vnde Paulus. In fide uiuo filij Dei. Heb. Iustus ex fide uiuit. Sextum quia peccata purgat. Vnde in Prouerbiis dicitur. Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Septimum est, quia hominem ad uitam æternam perducit. Ioan. 5. uitam habemus eternam.

Gal. 3. Ioan. 3. August. 2. Para. 16. 2. Para. 20. Gall. 3. Heb. 10 Pro. 15 Ro. 10. Ioan. 5.

Fidem ueram in homine ostendunt quatuor.

PRimum est, ut homo de deo magna sentiat, ut Centurio, qui credebat Christum solo uerbo

Mat. 8.

posse sanare seruum suum, & se indignum esse, ut Christus intraret sub tectum ipsius fatebatur. Vnde dictum est à domino. Non inueni tantam fidem in Israel. Secundum, ut homo bona transitoria intuitu æternorum contemnat. Heb. Idem Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ pharaonis, &c. usque improperia Christi, &c. Tertium est, ut homo de Deo in aduersis confidat. Ideo dictum fuerat Petro à Christo. Modicæ fidei quare dubitasti? Idem. Quid cogitatis inter uos modicæ fidei? Quartum est ut cum homo aliquid petit à Deo, & quamuis non statim accipiat, non tamen propter hoc à proposito desistat. Nam dictum fuerat mulieri in oratione instanti. O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Ad impetrandũ multum ualet fidei magnitudo. Vnde P. Augustinus. Quantum uas fidei tũlerit quis ad fontem, tantum implet. Et Bernardus. Magna siquidem fides, magna meretur.

Heb. 11
Mat. 14
Mat. 16
Mat. 15
Augus.
Bern.

Fidelitatis ueræ, quinque sunt signa.

PRimum est relinquere terram inimicorum regis, scilicet, mundum spernere, & ea quæ in mun

do sunt. Prosperitas nanque siue amicitia huius mundi inimica est Deo; & tamen plurimi sunt hodie qui in terra inimicorum habitant propter inordinatum amorem, & iuncti sunt ini
Bar. 3. micis æterni regis. Quos arguit Baruch dicens. Quid est Israel quòd in terra inimicorum es, inuenti in terra aliena? Quia fæudum rerum temporalium possident, & nihil regi, uel ullum obsequium tempore necessitatis
Isa. 43. impendunt, &c. Et Isa. Victimis tuis
Par 12. non glorificasti me, &c. Et Paralip. Filij Israel nolite pugnare contra dominum Deum patrem uestrorum, quia non expedit uobis, &c. Qui talia faceret contra dominum terrenū mereretur emittere fæudum. Secundum est, ut obedientes sint iussioni regis, sicut fecerunt. Magis sequentes stellam quam uiderant, quæ erat quasi lingua paruuli regis, sicut lingua Angelorum pastores uocauit. Magis ergo locutus est puer Iesus per stellā, quasi per linguam. Sed mirum est de multorum duritia, qui non obediunt, nec sequuntur imperiū regis Christi cum audiant linguam multiplicem, scilicet Christi prædicationē, angelorū, omnium creaturarum. Tertium signū est, ut regem honorent, sicut Magi fecerunt, qui procidentes adorauerunt

eum. Honoratur autem per humilitatem, per misericordiam ad afflictos, et per gratiarum actiones. de primo dicebat Ecclesiasticus. Magna potentia Dei solius, et ab humilibus honoratur, superbi autem contumeliam faciunt creatori. De secundo habetur in Prouerbiis. Honorat autem Deum qui miseretur pauperi. De tertio dicebat Psaltes. Sacrificium laudis honorificabit me. Quartum est, oblatio suarum rerum, sicut fecerunt Magi, obtulerũt domino aurum, thus & myrrham. Et nos huic regi celesti debemus tria dare, silicet, aurum charitatis, myrrhã mortificationis, et thus deuotæ orationis. Quintum signum est, uitam regis diligenter custodire, sicut Magi fecere, non redeuntes ad Herodẽ qui regem natum querebat ad perdendum. Non debet igitur seruus Christi fidelis redire per uiam latam Herodis.

Ecc. 33

Pro. 13.

Psal. 49

Matt. 2

Fidelitas prælati in quinque debet esse.

PRimo, in diligentia custodiẽdi. Debet enim esse solicitus prælatus ad custodiendas animas sibi commissas, duabus rationibus. Prima

est, quia in periculo animæ suæ pereunt animæ illæ si ex culpa sua uel
4.Re. 10 exemplo pereunt. 4. Reg. 10. Quicunque fugerit ex omnibus his quos adduxero in manus uestras, erit anima
Greg. uestra pro anima illius. Vnde D. Gregorius. Scire naturam indubitanter prælatus debet, quia tot mortibus dignus est, quot ad suos subditos exempla transgressionis transmiserit. Secunda est, quia nisi prælatus quantum in se est adduxerit ad dominum animas sibi commissas, faciem dei non uidebit. Vnde Gene. 44. Non uidebitis
Gen. 44 faciem meam nisi fratrem uestrum adduxeritis uobiscum, &c. Secundo fidelitas Prelati debet esse in audacia resistendi. Debet enim esse audax resistendo inuadenti gregem suum. Iob.
Iob. 29. 29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.
1. Re. 17 Et Reg. 17. Pascebat seruus tuus gregem patris tui, & uenit leo, uel ursus & tollebat, &c. Et Io. Bonus Pa-
Ioã. 10. stor animam suam dat pro ouibus suis. Econtrario, Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, uidet lupum uenientẽ,
Grego. & dimittit oues, & fugit. Vnde Gregorius. Rectores improuidi humanã amittere gratiam formidantes, loqui liberè, rectè pertimescunt. Vnde Ec-

clesiast. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates, ne forte expauescas faciem potentis, & ponas scandalum, &c. Tertio debet esse fidelitas in solertia pascēdi. Propterhoc dixit Dominus Petro ter, pasce, pasce, pasce silicet uerbo. Vnde & Petrus ipse ad pastores dicebat. Pascite qui in uobis est gregē Dei, prouidentes non coactè, sed spōtanea secundum Deum. Et Bernard. Præsis ut prouideas, & dispenses, non imperes, hoc fac, & dominari non affectes homini homo. Idem. Discite matres subditorum uos esse debere, non dominos. Quarto debet esse exēplo. Vnde Petrus. Non dominantes cleris, sed forma facta gregis, & ex animo, ut cum apparuerit princeps pastorum percipiatis immarcessibilem gloriæ coronam, &c. Ecclesiastici. Rectorem te posuerunt noli extolli, in illis esto quasi unus ex ipsis, &c. Et Bern. Pulcherrimus ordo est & salubris, ut onus quod portandum imponis, tu prius portes, & ex te discas qualiter oporteat aliis moderari. Idem. Boni solicitique Pastores impinguare non cessent pecus, bonis, electisq; exemplis, & suis magis quā alterius. Nam si alienis, & non suis, ignominia est illis, & pecus non pro-

Eccl. 7. Ioā. 21. [1. Pet.] 5 Bern. Bern. 1. Pet. 5 Ecc. 32 Bern. Bern.

ficit; ita è contra(ficut dicit Iſydor.)
Iſyd. Capite languente, cetera corporis membra inficiũtur. Idem. Ex carna-
Iſyd. lium prępoſitorum exemplo, plerunque fit uita deteriorum ſubditorum. Rex qui ruit in uitiis cito uiam oſtendit erroris. Quinto debet eſſe fidelitas in diſcretione diſtribuendi. Debet eſſe Prælatus diſcretus in diſtribuendo patrimonium Chriſti, uel etiam miniſteria eccleſiaſtica, nõ debet dare propriis cognatis, quæ uult Chriſti
Deut. 1. dari filiis. Deut. Date ex uobis uiros ſapientes & gnaros quorum conuerſatio ſit probata in tribubus ueſtris, ut ponam eos uobis principes. Sextum & additur, quòd fidelitas prælati ſit in moderatione puniendi. Vnde
Iſa. 28. Iſaia. Ponam in pondere iudicium, & ſtateram in mẽſura. Debet enim Prælatus modum habere in corripiendo,
Bern. ſicut dicit D. Bernard. Si interdum ſeueritate opus eſt, paterna ſit, non tyrãnica, matres uos corripiendo exhibeatis; manſueſcite, deponite feritatem, ſuſpendite uerbera, & producite ubera. Quid iugum noſtrum aggrauatis, quorum potius onera portare debetis? Demum & ſeptimum additur quoque, ut fidelitas prælatis ſit in doctrina, quæ ſit ſana, ſancta, & catholica, ita ut radix ſit bona, quò

rami sint boni,& sancti, & catholici. Debet enim aream suam a paleis, & zizaniis cribro expurgare; debet in uigilare super gregem suum ne inimi cus homo hęresum semina iaciat. Di ligens sit ne noua doctrina & uana,no uique ritus,abususque introducantur in ecclesia sibi commissa.

Fidelitas inferioris hominis potest attendi circa tria.

PRimum est, ut bona sibi commissa non dissipet: Luc. Et hic diffamatus est apud ipsum,quasi dissipasset bona ipsius. Quæ dissipatio fit tribus modis. Primo, quando aliquis se & sua quæ expendere ad Dei honorem, & animæ suæ utilitatem debuit, expendit ad Dei contumeliã, & animæ damnationem; & qui totam uitam suam consumũt in seruitio diaboli. Secundo, quando aliquis ab opere incepto desistit. Prou. Qui mollis & dissolutus est in opere suo, factus est suorum operum dissipator. Dissolutus est,qui nullo amore, uel deside rio ad opus ligatus est; Mollis est, qui cedit duris. Et talis dissipator operum suorum reputatur. Tertio,

Luc. 16

Pro. 18

quando aliquis quod uerbo ædificat,
Ecc. 34 exemplo postea destruit. Ecclesiasticus. Vnus ędificans, & unus destruēs, quid prodest illis, nisi labor? Secundum est, ut ea studiosè multiplicet.
Mat. 25 Matth. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Tertium est, ut de parte quæ ad Deum pertinet, non defraudet.
Eccl. 42 Ecclesiasticus. Da altissimo, &c. Sed datum ipsius, &c. duobus modis potest aliquis defraudare Deum. Primo si gloriam quærit de bonis operibus quæ agit. quæ soli deo debetur, quia ipse est, qui operatur omnia opera nostra, sicut ipse dixit. Sine me ni-
Ioā. 15 hil potestis facere. Vnde Pater Augu-
Augus. stinus. Omne enim bonum nostrum aut ipse est, aut ab ipso. Ideo Bernar-
Bern. dus dicit. Fidelis reuera famulus es, si de multa gloria dei tui, & si non exeunte a te, tamen exeunte per te, nil manibus tuis adherere contingat. Secundo quando quærit gloriam de gratiis sibi a deo collatis; cum omnis gra-
1. Cor. 4 tia à domino sit. Vnde Paulus. Quid habes quod non accepisti, & si accepisti, cur gloriaris, quasi non acceperis?

Fiducia bonorum in quinque consistit.

PRimo, in dei timore. Prou. 14. Intimore domini fi. for. &c. Secundo, in cordis puritate. Io. Carissimi, si cor nostrum non reprehenderit, fiduciam habemus ad dominum. Tertio, in oris confessione. Iob. Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstulerit à te, & non manserit in tabernaculo tuo, &c. quæ sequuntur. Quarto in eleemosynarum largitione. Tobias. Fiducia magna eleemosynæ coram summo deo erit. Quinto, in sanguinis Christi effusione. Heb. Habentes fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, qui initiauit nobis uiam, &c. Et Pater Augustinus. Omnis nanque spes, & totius fiducię certitudo mihi est in prætioso ságuine eius, qui effusus est pro pter nos, & propter nostrã salutẽ, &c.

Pro. 14. 1. Ioã. 3 Iob. 9. Tob. 4. Heb. 10 Augus.

Fortitudo triplex.

PRima est carnis. Prou. 6. Accinxit fortitudine lumbos suos, id est castitate, ad quam tenendam

Pro. 6.

necessaria est fortitudo; quia sicut di
Isyd. cit Isydorus. Inter omnia christianorum certamina sola duriora sunt prælia castitatis, ubi cotidiana pugna est, & rara uictoria. Secunda mentis, quę est charitas; de qua dicitur; Fortis est ut mors dilectio, quia sicut mors animam a corpore separat, sic dilectio Dei a mundi impietate. Tertia est,
Psal. 58 operum; de qua Psal. Fortitudinem meam ad te; &c.

Fortitudinis incitamenta sunt quatuor.

Iosue. 1. PRimum est, admonitio scripturæ. Iosue. Confortare & esto robustus. Reg. 2. Dixit Dauid Sa-
3 Re. 2. lomoni; Confortare & esto fortis, & obserua custodias deo dei tui, ut am-
2. Ti 4. bules in uiis suis. Tim. 4. Forti animo esto, &c. Secundo, quia nobis necessaria est. positi enim sumus in loco cer
Iob. taminis, sicut legitur in Iob. Militia
Bern. est uita hominis super terram. Et Bernardus. In mundo isto quasi in stadio certaminis positi sumus. Ideo in uita ista ualde est necessaria fortitudo: quia pugnat contra nos mundus, caro, & diabolus. Contra hos hostes cō
Deu. 31 fortat nos scriptura dicens in Deuto.

Viriliter agite, confortamini, nolite timere, nec paueatis à conspectu eorum, quia Dominus Deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimittet nec derelinquet te. Machab. 3. Accingimini & estote filij potentes, & estote parati, ut pugnetis aduersus generationes has, quæ conuenerunt dispergere nos, & sancta nostra. Tertium est, quia multum deo placet. Esdra. Gaudium enim deo est fortitudo uestra. Quartum est, quia homini multum prodest. De hac materia uide in sequenti capitulo.

1.Ma.3

Esdr.8.

Fortitudinis bona sunt quatuor.

PRimum est, quia de hostibus triumphat. Reg. 22. Accinxisti me fortitudine ad prælium, incuruasti resistentes mihi subtus me. Psal. Præcinxisti me uirtute ad bellū, & suplantasti insurgentes in me, & subtus me, &c. Secūdū est, quia bona hominis conseruat. Luc. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Tertium est, quia hominem ditat. Prou. Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat. Idem. Robusti habebunt diuitias,

2.Re.22

Psal.17

Luc.12

Pro.10.

Ibid.11

&c. Quartum est, quia regnum cælo
Mat.11. rum lucratur. Matth. Regnum cęlo-
rum uir patitur, & uiolenti rapiunt il
1.Ma 2 lud. Idem. Machab. 1. Vos ergo filij
confortamini, & uiriliter agite in le
ge, quia cum feceritis quæ uobis pre
cepta sunt a domino deo uestro, glo-
riosi eritis.

Fortitudinem adiuuant quinque.

PRimum est fides; mercedem for
2.Pa.25 tium operum ostendendo. Pa-
ralip. 25. Confortamini & non
dissoluantur manus uestrę; erit enim
merces operi uestro. Secundum est ti
Pro.14. mor. Prou. in timore domini fiducia
fortitudinis. Timor expellit illud pro
pter quod uel soluit, uel maximè ti-
Ecc. 1. mendum est, silicet peccatum. Eccle-
siasticus. Timor Domini expellit pec
catum; ideo reddit hominem secu-
Isa, 30. rum. Tertium est spes. Isaia. In silen-
tio, & spe erit fortitudo, &c. Vera
spes reddebat fortem Apostolum di-
centem. Omnia possum in eo qui me
confortat, &c. Quartum est discipli-
na corporis, quę hostem domesticum
2.Co.12 debilitat. Vnde dicebat Paulus. Cum
enim infirmior tunc fortior sum, &
Bern. potens. Et Bernardus. Quid mirum

si hoste debilitato tu fortior efficeris? Quintum est, & potest esse exemplum aliorum fortiter dimicantium, siue hominum, siue mulierum, qui & quæ nunc sunt, & ante nos fuerunt. Vnde Gregorius. Facta precedentiũ Patrum consideremus, & non erunt grauia quæ toleramus. Greg.

Fiducia malorum in quinque consistit.

PRimo, in diuitiis. Hiere. 49. Quid gloriaris in uallibus? defluxit uallis tua filia delicata, qua confidebas in thesauris tuis, & dicebas quis ueniet ad me? Secundo in astutiis, & malitiis. Isa. Fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti non est qui uideat me; sapientia tua, & scientia tua deceperunt te, &c. Vsquequo ueniet super te malum, & nescies ortũm eius, & irruet super te calamitas: quia non poteris expiare. Tertio, in falsa potentum fortitudine. Isa. Væ filii desertores, &c. & sequitur; sperantes auxilium in fortitudine pharaonis, habentes fiduciam in umbra ægypti, & erit uobis fortitudo pharaonis in confusionem, & fiducia umbræ ægypti in ignominiam. Vnde Hier. 49. Isa. 47. Isa. 30.

Glossa. Glossa. Pharao princeps secularis, umbra ægypti potentia seculi. Hier. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suũ. Quarto, in uana carnis pulchritudine. Eze. Habens fiduciam in pulchritudine tua, non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda, & confusione plena, conculcata in sanguine tuo, & accidet post omnem malitiam tuam, uæ, uæ tibi, ait Domi nus Deus, quia dabo te in anima odiẽtium te. Quintum in exteriori, & apparenti conuersatione. Vnde Iob contra huiusmodi genus hominum ait. Spes Hypocritæ peribit, non ei placebit uerecundia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius.

Hier. 17

Eze. 13.

Iob. 8.

Fraternitas spiritualis quatuor bona facit.

Pro. 18.

PRimum est, quia hominem sustinet, ne cadat. Prou. 18. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firmabitur, &c. Secundum est, quia si ceciderit, facilius surget. Ecclesiasticus. Væ soli, quia si ceciderit non habet subleuantem. Tertium est, quia facilius impetrat à Deo, quod sibi necessarium est. Difficile

Eccl. 8.

enim est præces multorum non exau diri, & maximè bonorum. Matth. Dico uobis, quia si duo ex uobis consen serint super terram, de omni re quācunq; petierint, fiet illis à patre meo. Quartum est, quia Deus in eis habitat. Vnde Matth. Vbi sunt duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum sum, &c. Propter hoc concludebat David. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in unum. Mat. 18 Mat. 18

Fraternitatis bonum perdunt quatuor.

PRimum est superbia; superbus enim nescit esse frater, sed uult esse Dominus semper, uult enim ut melius fiat sibi quàm aliis. Secundum est, peccatum odij: qui enim habet odium ad alium, frater est canum non hominum. Vnde Ecclesiasticus. Quæ communicatio hominis sancti ad canem? Et Io. in sua canonica. Qui odit fratrem suum homicida est. Tertium est inuidia. Vnde Gregorius. Nam cum inuidia mentem tabefecerit, cuncta quæ inuenerit benè gesta cōsumit. Quartū est, detractio; Detractor.n. frater serpētiū est, nō hominū. Ecc. 13 1. Ioā. 3 Grego.

Festis quatuor sunt necessaria.

Exo,20 PRimum est, uacare a terrenis operibus. Exo. 20. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo autem die sabbati domini dei tui est, non facies omne opus tu, & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena, qui est inter portas tuas.

Gen, 2. Gen. Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit die septimo. Non solum autem quiescendum est exterius, sed etiam interius.

Ezec. 3 Ezech. Qui quiescit quiescat, quiescit inquam corpore, quiescat & mente, silicet à solicitudine terrenorum.

Mat, 6. Matt. Nolite soliciti esse quid mãducabimus, aut quid bibemus, &c. Secundum est, depositio peccati.

Hier, 17 Hier. Custodite animas uestras, & nolite portare pondus in die sabbati, idest peccata. peccatum enim magnum pondus est. Vnde Gre

Greg. gorius omne enim peccatum graue est, quia non permittit animam ad sublimia leuari. Tertium est, ut caueamus peccata committere.

Exo, 20 Exod. Memento ut diem sabbati sanctifices, id est, sanctum conserues, diligenter in

eo a peccato cauendo, quia Dominus sanctificauit eum. Exo. Benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificauit eum. Et Gen. 2. & Hier. 17. Sanctificate diem sabbati. Quartum est, ut utilitati animæ intendamus, spiritualia opera faciendo. Exo. 20 Gen. 2. Hier. 17

Filij Dei dicuntur tria genera hominum.

INimicorum dilectores. Matt. Diligite inimicos uestros, &c. Vt sitis filij patris uestri, qui in cælis est. Et Augustinus. Qui dilexerit inimicos, hic erit Dei altissimi non solum amicus, sed & filius. Secundo, Discordantium pacificatores: Ecclesiasticus. In iudicando esto pupillis misericors ut pater, & pro uiro matri illorum, & eris tu uelut filius altissimi, &c. Tertio, pacis amatores. Vnde dicebat Saluator noster. Beati pacifici quoniam filij Dei uocabuntur. Matt. 5 Augus. Ecc. 4. Matt. 5

Fornicationis uitium fugiendum est propter quatuor.

PRimo, quia Deo displicet; homo enim domus & templũ Dei est, secundum Pauli sententiam.

1.Co.3. Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus sanctus habitat in uobis? Siquis autem templum Dei uiolauerit, Glossa. destruet illum Deus, &c. Vnde Glossa; Templum Dei uiolat, qui corpus 1.Co.6. fornicationi parat. Idem Paulus ait. Nescitis quoniam membra uestra templum spiritus sancti sunt, qui in uobis Glossa. est, &c. Vnde Glossa: Si non parcis tibi propter te, parce propter Deum, qui te sibi domum suam fecit. Contra fornicatores potest dici illud Psalmi. Psal. 78 Deus uenerunt gentes, &c. Secundo, quia Angelis Dei fætet & displicet. si enim filius regis tuæ custodię traditο, in tua custodia fornicaretur, multum tibi displiceret. quanto magis angelis Dei, si filiæ Regis cælestis fornicantur, ad quarum custodiam deputati sunt Angeli, displiceret? Vnde Ber. Bern. In quouis diuersorio, in quouis angulo reuerentiam exhibere angelo tuo, nec audeas illo præsente, quòd non auderes me uidente? Tertio, quia dęmonibus ualde placet. Vnde Iob. Sub Iob. 40. umbra dormit in secreto calami in locis humentibus; loci humentes, sunt luxiori in quibus quiescit. Vnde Glossa. Glossa. Cum dæmones de omni peccato gaudeant, præcipue tamen de fornicatione; quia ibi corpus, & anima maculatur. Quarto, quia homini sum-

mè nocet. Sed de hac materia uide in sequenti capitulo.

Fornicationis mala sunt quatuor.

PRimum est, quia nulli fidem seruat. Extat exemplum de Amon, qui sororem suam Thamar corrupit. De hoc infinita exempla & diuersa adduci possent, sed tu inquire. 2.Re.13
Et. Reg.11. Dauid fidelem suum nuntium occidi fecit pro uxore illius. 2.Re.11
Secundum est, quia hominem sepe depauperat. Extat exemplum de filio prodigo apud Lucam. Et in Proprouerbiis legitur. Qui nutrit scortum perdit substantiam. Tertium est quia cor hominis obscurat. Osea. Nō dabunt cogitationes suas ut reuertantur ad dominum, quia spiritus fornicationis in medio eorum. Quartum est, quia hominem in mortem tempo ralem sæpe adducit. Sicut legitur in libro Numeri. Et Apost. Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die uiginti tria millia, &c. Luc.15 Pro.30. Osee.5 Nu.25. 1.Co.10

Fornicationis, siue luxuriæ occasionem præstant sex.

Eze. 16 PRimum est ocium. Vnde Eze. 16. Ecce hæc fuit iniquitas sodomæ sororis tuæ superbia, saturitas panis, & ocium, &c. Secun-
Hieron. dum est nimius potus, & cibus. Hieronymus. Difficile est si inter epulas seruatur pudicitia, & periclitatur castitas in deliciis, ubique saturitas, uel ebrietas fuerit, ibi libido dominatur.
Eccl. 9. Tertium est aspectus mulierum. Ecclesiasticus. Propter speciem mulie-
Idem. 9 ris multi perierunt. Idem. Speciem mulieris alienæ multi admirati, repro
Idem. 9 bi facti sunt. Idem. Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore eius. Vnde reprimendi sunt oculi duabus rationibus. Prima quia oculi sunt ueloces ad nocendum animæ.
Tre. 4. unde prædones dicuntur. Tren. oculus meus deprædator est animæ meæ.
Grego. Propterea dicebat D. Gregorius. Deprimendi sunt oculi a lasciuia sue uoluptatis, quasi quidam raptores ad suam culpam. Non enim Eua lignum contigisset, nisi prius incautè respexisset. Secunda est, quia oculi duæ

 portæ

portæ sunt cordis nostri, quibus si dominetur diabolus, erit simpliciter Dominus corporis nostri, sicut qui habet portas alicuius castri, habet etiam castrum. Vnde Iob. Pepigi fœdus cum oculis, ut ne cogitarem quidem de uirgine. quam enim partem haberet in me Deus desuper, & hæreditatem ops excelsis? Vbi insinuat quòd nil habet Deus in homine ubi oculos non habet, sicut non est Dominus castri qui nõ habet ingressum. Quartum est, colloquium quod multum timendum est, ex hoc quod rete est. Vnde in Prouerbiis dicitur. In retium cum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protaxit illum, statim eam sequitur quasi bos ad uictimam, & agnus lasciuiens & ignorans, & nescit, quòd ad uincula stultus trahatur. Ecclesiasticus. Colloquium enim illis quasi ignis exardescens. Et si contigerit quemquam loqui cum muliere, non sit assiduus. quia sicut Isydorus dicit. Per assiduitatem enim cito peccat homo. nam sæpe quos uoluptas non potuit uincere, assiduitas superauit. Quintum est, auditus cantilenarum. Ecclesiasticus. Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. Sextus est, tactus mulierum, quòd ualde

Iob.31.
Prou.7.
Eccl.9.
Isyd.
Eccl.9.

Eccl,26 timendus est. Eccclésiasticus. Qui te
net illam quasi, qui apprehendat scor
Hieron. pionem. Hier. Qui tangit carnem
mulieris non euadet sine periculo ani
mæ suæ, &c.

Fornicatio in sacerdotibus, & clericis graue peccatum est propter sex.

PRimum, periculum est in participatione corporis, & sanguinis
1.Co.9. domini. Cor. 9. Qui manducat & bibit indignè iudicium sibi manducat, & bibit, &c. Qui indigne sumit, idem est ac si se interficeret. Secundum est uoti fractio; quia castitatem promisit in ordinis susceptione, quã aufert deo cum fornicatur. Vnde Do
Ps 124. minus dabit eis talem mercedẽ. Psal. Declinantes autem in obligationem, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Tertium est scandalum
Hieron. & derisio populi. Vnde D. Hieronymus. Clericus aut honestior est ceteris, aut aliis est fabula, & quia sapientiores aliis esse debent, ideo aliis grauioribus subiacebunt pœnis. Et
Grego. Gregorius. Vbi maius est donum scientiæ, trãsgressor maiori subiacet pœnæ. Quartum est, quia ipsi decipiunt

populum, cuius eleemosynis uestiuntur, & nutriuntur, & pro quibus tenentur orare, & gratiam impetrare uitę sanctitate, quod non faciunt; quia ut dicit D. Gregorius. Cum indignus ad intercedendum mittitur, irati iudicis animus ad deteriora prouocatur. Grego.
Et Bernardus. Qui ambulant in carne deo placere non possunt, & placare uelle præsumunt. Quintum est, quia ministri dei sunt. Require in capitulo de ministris Ecclesiæ. litera M. Sextum est, quia sacerdos est Angelus. Vnde Malachias Propheta uocat sacerdotem Angelum Domini exercituum. in capite. 2. Bern. Mala. 2

Fornicationis siue luxuriæ remedia sunt quinque.

PRimum est, ut corpus tribulationibus affligat. Ecclesiasticus. Malitia horæ unius obliuionem facit luxuriæ magnæ. Hic exempla quàm plurima adduci possent. Secundum ut homo subtrahat sibi de cibo & potu, ut uinum forte, & acutos sapores. Vnde Isydorus. Nemo potest dominari ceteris uitiis nisi prius ingluuiem uentris restrinxerit. Tertium est, elongatio mulierum, quia Eccl. 9. Isyd.

1.Cor.6 docet Apost. Fugite fornicationem, &c. Amb. Cum aliis uitiis potest expectari conflictus, sed hanc fugite, nec appropinquetis, quia non potest
Hieron. melius uinci. Et Hieronymus. Crede mihi non potest cum Deo habitare, qui feminarum accessibus deputa-
Isyd. tur. Et Isydorus. Tolle occasionem peccandi, aufer materiam delinquendi, si uis esse tutus à fornicatione.
Hieron. Quartum est, honesta occupatio. Hieronymus. Semper aliquid facito boni operis, ut semper diabolus inueniat te occupatum. Quintum est, consideratio mortis, uel status, in quo fu-
Grego. tura est caro post mortem. Vnde Gregorius. Nil adeo ualet ad domanda carnis desideria, sicut cogitare qualis
Chriso. sit futura pôst mortem. Et D. Chrisost. Quid profuit illis, qui in luxuria corporis, & præsentis uitæ uoluptatibus usque ad diem ultimum per manserunt? intuere nunc sepulcra eorum, & uide si est aliquid iactantiæ suæ uestigium, si aliquod diuitiarum, uel luxuriæ signum cognoueris, require ubi nunc uestes, & adornamenta peregrina, ubi uoluptas, risus, & letitia, quò abiit, quò abscessit, ubi illa nunc, ubi ipsi? Et notandum quòd tria solent in uitio fornicationis hominem decipere. Primum est, sanctitas

mulieris. Vnde Hieronymus. Feminam quam uideris bene conuersantem, mente dilige, sed corporali non frequentes accessu. Quia sicut dicit Isydorus. Sępe quos uoluptas non potuit uincere, assiduitas superauit. Secundum est fiducia de propriis uiribus. Hieronymus. Vide ne sub eodem tecto cum muliere manseris, nec in tua castitate confidas. Non enim Dauid humiliores, nec Sansone fortior, nec Salomone sapientior. Tertium est, consanguinitas. Hieronymus. Si generis gratia iudicas easdem nullo modo dimittere. Memento quòd Thamar a fratre suo corrupta est.

Hieron. Isyd. Hieron. Hieron. 2.Re.13

ures spirituales sunt tres.

PRimus est diabolus. Io.10. Fur non uenit nisi ut mactet, & furetur, & perdat. Secundus est adulator. Oseæ.7. Fur ingressus est, spolians, latrunculus foris, fures intrinseci sunt. Adulatores domestici; latrones extrinseci sunt latrones extranei. Tertius est uanagloria. Vnde Gregorius. Quasi quidam latrunculus adiungit se in uia fauor humanus, & quos incautos reperit, expoliat. Idem. Depredari desiderat qui thesaurum pu-

Ioan.10 Oseæ.7 Grego. Idem.

blicè in uia portat; de his tribus dicit
Chriso. Chrisostomus. Vnus solus fur est, qui furatur thesaurum positum in cælis, uanagloria, dæmones furantur animas, adulatores puritatem conscientiæ.

Filius Dei dignatus est assumere carnem potius, quàm angelicam naturam propter tria.

PRimo, ut per experientiam infirmitatis carnis, carni compa-
Heb. 4. teretur. ueluti Paulus ait. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris &c.
Bernar. Et Bernardus. Puto iam me spernere non potest caro, de carne mea. Secundo, ut carnem hominis esse à Deo, & non a diabolo ostenderet, quia non assumpsisset eam uerè si esset à diabolo. Tertio ut palpabilis & uisibilis esset cecis & simplicibus, ut nullus excusationem haberet.

Filiationē Dei auferunt quatuor.

Mall. 3 PRimum, est in honoratio. Mal. tertio. Si ego pater, ubi honor
Eccl. 5. meus? Ecclesiasticus. Ne glorieris in confusione patris tui. Secun

dum est, immunditia cordis, & corporis. Vnde ob hoc filius prodigus dicebat. Non sum dignus uocari filius tuus, &c. Et Paulus ad Ephesios. Omnis fornicatio, aut immunditia, aut auaritia quod est idolorum seruitus, &c. Tertium est disciplinæ abiectio. Vnde Paulus ad Hebræos. quòd si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filii estis. Propterea in prouerbiis admonetur. Tene disciplinam, ne dimittas, &c. Quartum est peccati mortalis perpetratio. Deut. Peccauerunt ei, & non filii eius in sordibus, &c. Et Io. in sua epist. Qui facit peccatum ex diabolo est, &c.

Luc. 15 Ephe. 5 Heb. 13 Prou. 4 Deut. 32 1. Io. 4.

Festa celebrare debemus propter quatuor.

PRimo propter dei iussionem. Exod. Memento ut diem sabbati serues. Secundo, propter dei promissionem. Isa. Quicunque custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego uolui, & tenuerint fedus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & illud erit sabbatum ex sabbato. Tertio, propter dei comminationem. Num. Præcepit Dominus colligentem ligna in sabbato la-

Exo. 20 Isa. 56. Nu. 15.

pidari. Quarto propter noſtram utilitatem, ut melius poſſimus uacare orationi, & contemplationi, non comeſſationi, & potationi, ſicut multi faciunt, qui putant feſtorum domini celebritatem conſiſtere in comeſſationum & ebrietatum amplificatione, quod eſt magis feſta uiolari. Vnde Tren. Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbata eius. Amos. Odi, & proieci feſtiuitates ueſtras. quaſi dicat, non meas. Ideo dicitur in Luca. quòd Ieſus amiſſus eſt in die feſti, quia multi in feſtis diebus quando deberent ſe magis coniungere Deo per cõtemplationem, & orationem, amittunt Ieſum ideſt ſalutem.

Tren. 1. Amo. 5 Luc. 3.

Fugere debemus quinque.

PRimo, Mundi uanitatem. Hier. Fugite de medio Babylonis, ut ſaluet unuſquiſque animam ſuam. Secundo mundi honores, ſicut Dominus qui fugit in montem. Io. 6. Vnde D. Hieronymus. Fuge honores, quos ſine honore tenere non potes. ſublimitas enim honorum, magnitudo ſcelerum eſt. Tertio uoluptatem carnis, ſicut Ioſeph derelicto palio fugit ęgyptiacam. Require in

Hier. 51 Ioan 6. Hieron. Gen. 22.

capitulo de remediis fornicationis. Quarto omne peccatum. Ecclesiasticus. Quasi à facie colubri fuge peccatum. De hac materia require in capitulo de peccato. Quinto, peccatorum occasiones. Gen. Dixit Angelus ad Loth. Noli respicere post tergum, stes in omni terra circa regionem, sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. Num. Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. Periculosum profectò est cum illis qui prauè conuersationis sunt, sociari. Propterea dicebat Gregorius. Solus in illicitis non cadit, qui se aliquando & à licitis cautè restringit; sed quia multi differunt arripere has fugas, ideo dicit Dominus. Videte ne fuga uestra fiat hieme uel sabbato, idest in senectute, & in morte. Matt. cap. 24.

Eccl. 21

Gen. 19

Nu. 16.

Grego.

Mat. 24

Gratias agere debemus Deo propter tria.

PRimo, quia nos de peccatis eripuit. Vnde Paulus. Gratias agentes Deo Patri, qui nos eripuit de potestate tenebrarum. &c. Secundo, quia nos ad suam gratiam uoca-

Coll. 1.

Coll. 1. uit. Idem Paulus supra. Transtulit nos in partem sortis sanctorum, &c. Tertio, quia nos uerbo suo instruit.

1. Th. 2 Paulus ad Thessalonicenses ait. Gratias agimus Deo sine intermissione, quoniã cum accepissetis à nobis uerbum auditis dei, &c.

Gratiarum actiones docent quinque.

PRimum est scriptura. Paulus.

Ephe. 5 Gratias agentes Deo. Thes. In

Thes. 5 omnibus gratias agentes, &c. Et D. Bernardus. Disce in referendo

Bern. gratiam non esse tardum, aut segnem. Disce ad singula dona gratias agere. Diligenter considera quæ tibi apponuntur, ut nulla dei dona, debita gratiarum actione frustrentur. Secundum est, ipsum tempus in quo sumus, silicet tempus gratiæ, cui nulla operatio magis congruere uidetur, quàm

Pro. 15 gratiarum actio. Prou. Sermo oportunus optimus est. Tertium est, quòd gratiarum actio multum placet Deo.

Bern. Vnde Bernardus. Gratiarum actionem magis quàm dactionem a nobis exigit dator gratiæ Dominus Deus noster; quia gratiarum actio operatio est, quæ exercetur in paradiso.

Isa. Gaudium et letitia inuenietur in ea gratiarum actio, et uox laudis. Vnde bonũ est assuescere huic operationi, quam in futuro exercebimus; et addiscere officium quod tãdiu facere oportebit. Quartum est, duplex bonum quod inde sequitur. Primum est quòd hominem in tribulatione custodit, et dominum ibi adesse facit, ut figuratum est Dan. 3. In pueris qui in fornace positis, gratias ipsi agentes Deo, ab igne læsi nõ fuerunt, et quartus apparuit cum eis similis filio Dei. Sic ignis tribulationis non ledit eos qui in ea gratias agunt Deo, quia dei societatem habent. Vnde Bernardus. Quantum seuiat tribulatio, sed memineris scriptum esse: Cum ipso sum in tribulatione, &c. Secundum, quia gratiarum actio diuinam largitatem prouocat ad dandum. Prou. Anima quæ benedicit impinguabitur. Et Bern. felix qui ad singula dona gratiæ redit ad Deum in quo est plenitudo omnium gratiarum, cui dum pro acceptis non ingratos nos exhibemus. Locum in nobis facimus gratiæ, ut maiora adhuc accipere mereamur. Quintum est, malum, quod prouenit ex ingratitudine. De hac materia require in litera. I. cap. de ingratitudine.

Isa. 51.
Dan. 3.
Bern.
Psa. 90.
Pro. 22
Bern.

Gratiæ bona sunt tria.

PRimum est, quia ab omni macula mundat. Rom. 3. Iustificati
Rom. 3. gratis per gratiam ipsius. Secundum, quia ab omni miseria liberat.
Rom. 6. Rom. 6. Infelix ego quis me liberabit de corpore mortis huius, gratia dei per Iesum Christum, &c. Tertium est, quia in bono corroborat.
Heb. 13. Heb. 13. Optimum est gratia stabilire cor, non escis, quę non profuerunt, &c.

Gloriatio triplex

PRima est diabolica, silicet quando homo gloriatur de peccato
Psa. 51. de qua Psal. Quid gloriaris in
Pro. 2. malitia. Prou. 2. Letantur eum cum malefecerint, et exultant in rebus
Bern. pessimis. Et D. Ber. Quæ requies est in gloria tua? nonne plus anxietatis quàm iucunditatis habet? dum uendicas, dum defendis, dum inuides, dũ aspiras, dum ambis quod non habes? gloriatio ista talis, qualis si mulier gloriaretur de hoc, quòd peperisset buffonem, uel serpentem; sicut mulier

lier naturaliter debet procreare hominem, non serpentem, uel buffonē, sic anima quę naturaliter bona est, bona debet operari nō mala. Secūda glo riatio est mundana, de qua dicit Hier. Non glorietur sapiens in sapientia sua, silicet mundana. In sapientia enim mundana non debet homo gloriari, quia ipsa stultitia est apud Deū. Cor. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum, &c. ipsa est enim uelut lumen lignorum putridorum quod de nocte apparet, & de die non apparet, idest in tenebris huius uitæ uidetur sapientia, sed in futuro bene apparebit, quòd est insipientia. Et de fortitudine corporis non debet aliquis gloriari, quia fortioribus fortior instat cruciatus. Sap. Neque de diuitiis, quia non proderunt in die ultionis. Et quia gloriari de diuitiis suis, quas amat contra Deum, est gloriari de hoc quòd magnam molam habet ad collum, ut demergatur in profundum. Tim. 6. Qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationem & laqueum diaboli, &c. Et Bernardus: Væ autem his qui uanam gloriam de transitoriis quęrunt, quia non poterunt transire transeuntibus his. Tertia est Christiana, quæ multiplex est. Prima est de Dei cognitione. Hier.

Hier. 9.
1. Cor. 3
Sap 6.
1. Ti. 6.
Bern.
Hier. 9.

In hoc glorietur qui gloriatur; ſcire
1.Cor.1 & noſſe me, &c. Cor. Qui gloriatur in domino glorietur, &c. Secunda eſt, gloriatio conſcientiæ. Vnde Pau
2.Co.1. lus. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ. Tertia in fructus
2.Co.1. profectione. Paul. ad Corinthios ait. Gloria ueſtra ſumus, ſicut & uos noſtra; maiorem horum non habeo gloriam, quàm ut audiam filios meos in ueritate ambulare. Quarta eſt, in tribulationis exaltatione. Vnde Paulus
Rom.5. ad Romanos ait. Gloriamur in tribula
Bern. tionibus, &c. et D. Bernardus. Gloria ſanctorum eſt in prȩſenti cruciari & in æternum gloriari.

Gaudium ſanctorum in cæleſti atr ia prouenit ex quatuor.

Iſa. 33. PRimo à Dei uiſione. Iſa. 33. Regem in decore ſuo uidebunt.
1.Io. 3. Et Ioan. in ſua can. Videbimus eum ſicuti eſt. Et nota, quòd in uiſione regis, duplex gaudium erit electis. Primum erit in uidendo faciem Dei ſecũdum diuinitatem, quòd erit ſum
Io. 17. mum gaudium. Ioan. Hȩc eſt uita æterna, ut cognoſcant te uerum Deum, ſolum, & quem miſiſti Ieſum

Christum, &c. Psal. Faciem tuam domine requiram. Et Pater Augustinus. Videbimus te domine, & tanto unusquisque perspicacius, quanto hic uixit purus. Et D. Bernardus. O quanta claritas, quanta suauitas, quantaq; iucunditas erit in illa uisione, quando Deum facie ad faciem uidebimus; qui est lux illuminatorum, requies exercitatorum, patria redeuntium, uita uiuentium. Secundo erit in uidendo humanitatem Christi. Bernar. Plenum prorsus omnis suauitatis dulcedine uidere hominem hominis conditorem, quæ cor hominis totum replens, & satians. Secundo a loci amœnitate à quo proueniet triplex gaudium. Primum erit à claritate loci. Apoc. Ciuitas illa non eget sole, neque luna. Secundum à loci puritate. Apoc. Non intrabit in eam aliquod commune. Psal. Non habitabit in medio domus meę qui facit superbiam. Et bene superbia coinquinat hominem, sicut dicit quidam Philosophus. Inquinat egregios aduincta superbia mores. Tertium erit à loci latitudine. Baruc. O Israel quàm magna est domus Dei, & ingens locus. &c. Et Ioã. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Tertio à societate, à qua proueniet triplex gaudium. Primum erit

Psa. 26. Augus. Bern. Bern. Apo. 21 Apo. 22 Ps. 100. Bar. 4. Ioan. 24

Apoc.7 ex multitudine. Apoc. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. Secundum ex nobilitate illius societatis. In illa nanque societate erit beata uirgo, & omnes sancti, & sanctæ, & Angeli, & Archangeli, qui
Sap.28. omnes reges, & reginæ erunt. Vnde filius Dei dicitur uenisse à regalibus sedibus. Tertium erit de unitate illius societatis; tanta erit charitas inter animas illas quòd gaudia aliorum
Bern. sua reputabunt. Vnde D. Bernardus. Vna erit omnium lingua, iubilatio indefessa, unus affectus, & æternus amor. Gregorius. Propter magnam charitatem, hereditas illa, omni-
Bern. bus una est, & singulis tota. Et Bernardus. Quieta erit, & concors carnis, & spiritus suauitas, Angelorum & hominum unum erit gaudium. Quarto à corporis glorificatione à qua proueniet triplex gaudium. Pri-
Mat.13 mum ab eius pulcritudine. Matt. Fulgebunt iusti sicut, &c. Secundum ab eius libertate, quia ubi uolabit spiritus, ibi erit protinus & corpus. Tertium ab eius impassibilitate, quia nullam molestiam sustinebunt, sed magnam requiem habebunt, ut dicit D.
Bern. Ber. Erit eis requies à laboribus, securitas à solicitudinibus, & pax ab hostibus.

Gaudent iusti in quinque.

PRimum est, quòd gaudent in libertate, siue in solutione à uinculo peccati. Ligatur enim peccator à uinculo peccati, ut non possit facere libere quod uult. Prou. Iniqui tates suæ capient impium, &c. Et P. Augustinus. Suspirabam ligatus non ferro alieno, sed mea ferrea uoluntate, uelle meum tenebat inimicus, & tamen mihi catenam fecerat, & constrinxerat quippe me ex uoluntate. Quando enim homo habet spiritum sanctum habet libertatem. Vnde Paulus. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Secundo in puritate conscientiæ. Paulus. Gloria nostra hæc est testimoniũ conscientiæ nostrę, &c. Tertio in spiritus sancti testificatione. Roma. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, &c. Quarto in boni operis operatione. Psal. In custodiendis illis retributio multa. Ibi dicit Glossa. Non tantum pro eis in futuro redsdetur pręmium, sed et hic in eorum custodia magnum est gaudium. Vnde Beda. Panis qui sudore acquiritur, dulcis apparet agricolæ, & operationes quę propter iustitiam fiunt, cor-

Prou. 5. Augus. 2. Cor. 3 2. Cor. 1 Rom. 2. Psal. 18 Glossa. Beda.

dis quietem, et lętitiam dei acquirẽt.
Ro. 12. Quinto in spei remuneratione. Rom. spe gaudentes, &c. Et Augustinus. ipsa spes nos gaudere facit inter dolores, &c.
Augus.

Gaudium mundi fugiendum rationibus quatuor.

Luc. 6. PRima est, quia ore Dei maledictum est. Vnde apud Lucam, diuitibus huius seculi minabatur dicens. Væ uobis diuitibus qui habetis hic consolationem uestram. Quis est, qui audiat gustare cibum ab aliquo sancto maledictum. Quomodo aliquis præsumet, gaudium in hoc mundo haurire ab ipso Deo
Psal. 76 maledictum? Propterea dicebat Dauid. Renuit consolari anima mea. Secunda est, quia gaudium mundi fatuũ est. quod potest ostendi tribus rationibus, sicut gaudium mundanum in tribus consistit. Primo, in congregatione diuitiarum, quod gaudium fatuum esse ostenditur, in eo quòd diuites omnia relinquunt, nihil secum, præter cilicium & peccata portantes.
Iob. 1. Vnde Iob. Nudus egressus de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc.
1. Ti. 6. Et Apostolus. Nihil intulimus in hũc

mundum. Secundo in acquisitione honorum, quod gaudium fatuum esse ostenditur, in eo quòd ipse sub terra ponitur, qui super alios uoluit esse honoratus ab hominibus, & ut canis uel porcus conculcatur. Tertio in delectatione delitiarum, quod gaudium et similiter fatuum esse demonstratur in eo quòd à uermibus comeditur, qui carni suę delitias dedit, & dum in delitiis carnem suam nutrit, nil aliud facit, quàm carnem suam escam uermibus parare. Vnde illud. Cur caro lętatur, quia esca uermibus paratur? Tertia est, quia breue. Vnde Iob. Gaudium hypocritę ad instar puncti. Delitiæ (ait Chrisostomus) uelut umbra pertranseunt, pœnæ uerò perpetuæ manent. Quarta est, quia non est purum gaudium. Prou. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupabit, &c. Respersa est enim dulcedo felicitatis humanæ multis amaritudinibus. Vnde P. Augustinus. Mors ista uitalis licet multis respersa sit amaritudinibus, pro dolor, quàm plurimos suis capit illecebris, et quantos suis falsis promissionibus decipit.

Iob. 20.

Chriso.

Pro. 14

Augus.

Gaudium annuntiatum fuit magnum propter quinque.

Isa. 64. PRimo, quia diu optatum. *Isa.* Vtinam disrumperes cælos, et descenderes a facie tua montes defluerent. Secundo, quia rarissimè
Isa. 64. inuentum. Isa. Quis audiuit unquam
Hier, 31 tale gaudium, &c. Et Hier. Nouum faciet Dominus super terram, &c. Et nota quòd tria noua fecit Dominus in die illo. Primum, quia Deus factus est homo. Secundo, quia uirgo peperit. Tertio, quia natus est perfectus in naturalibus, & uirtutibus. Tertio, quia utilissimum fuit nostræ naturę, quòd ex hoc exaltata est super Angelos. Quarto, quia commune. Vnde dixit Angelus ad pastores, quod erit omni populo, scilicet, Angelis, de reparatione ruinæ eorum, propter hoc facta est cum Angelis multi-
Luc. 2. tudo militię cælestis exercitus. Iudæis, de eo, qui natus est rex de semi-
Hest 8. ne eorum. Hest. 8. Iudęis noua lux oriri uisa est, gaudium, honor, & tripudium. honor quia de semine eorum natus est, tripudium quia redemptio
Nu. 24. eorum. Num. 24. Orietur stella, &c.

Gentilibus de uenia peccatorum. Matth.2. Videntes ſtellam Magi gaui ſi ſunt, &c. Captiuis qui erant in lim bo. Zach. Tu autem in ſanguine teſta menti, eduxiſti uinctos de lacu, &c. Quinto, quia durabile. Matt. 16. Et gaudium ueſtrum nemo tollet à uobis, &c.

Matt.2
Zac.9.
Mat.16

Gulæ uitium fugiendum eſt propter quatuor.

PRimo, quia ſcripturæ docet. Rom. Curam carnis ne feceritis in deſideriis, &c. Et illud Saluatoris. Attendite ne grauentur corda ueſtra crapula & ebrietate. Secundo, quia neceſſarium eſt. Vnde Hieronymus. In pugna Chriſti prius contra gulam agitur, quia niſi hęc prius refrenetur, fruſtra contra alia uitia laboratur. Et Iſydorus. Nemo poteſt dominari ceteris uitiis, niſi prius uitium gulæ reſtrinxerit. Nec poteſt ſpiritus immundos à ſeipſo expellere niſi per abſtinentiam gulæ. Et qui habet intus periculum fruſtra foris agitur bellum. Tertio, quia Deo multum diſplicet; Propter tria; primo, quia uitium illud contumeliam Deo facit, quia deificat uiliſſimam creaturam,

Ro.13.
Luc.21
Hieron.
Iſyd.

Phili. 3 silicet uentrem. Philip. 3. Quorum Deus uenter est, & gloria eorum in confusionem. Secundo quia obliuionem dei inducit. Vnde Osee cap. 13.
Ose. 13 Adimpleti sunt, et saturati, & eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei.
Idem. 4 Idem. Vinum et ebrietas aufert cor.
Grego. Et Gregorius. Sicut nubes operiunt lumen lunæ, ita et uapores uentris in anima sapientiam dei. Tertio, quia deũ blasfemat in excedẽdo modum.
Augus. Vnde Pater Augustinus. Si modum naturę debitum in moderatione edacitatis excedas, & uinolentia te ingurgites, quantaslibet Dei laudes lingua tua resonat, uita blasfemat, sicut formositas operis artificem laudat, *sic* eius deformitas eum quodammodo blasfemat. unde male uiuens creatorem suum blasfemare dicitur. Quarto, quia diabolo multum placet propter duo. Primo, quia per hoc uitium multos perdidit & cotidie perdit. Hoc uitium in matre nostra Eua, occasio fuit omnium malorum. Christum in deserto temptauit. Populum
Psal. 77 Israeliticum pęremit, sicut dicit Dauid. Adhuc escæ eorũ, &c. Pro exemplorum copia poteris officinã Testoris, et libellum uirtutum & uitiorum uidere. Secundo, quia hoc uitium
Mat. 12 est requies dęmonum. Matt. Cum im

mundus ſpiritus exierit ab homine ambulat per loca arida & inaquoſa quærens requiem & non inuenit,&c. Vnde legio dæmonum dixit domino. Si eiicis nos hinc, mitte nos in porcos. Poſtquam aliquis uitio gulæ ſubditur porcus eſt, et beſtia,& habitatio dæmonum. Vnde Gregorius.Niſi quis more porci uixerit, diabolus in eo poteſtatem non accipit. Et Hiero. Qui poſt carnem ſuam ambulant, in uentrem et libidinem proni, quaſi irrationabilia iumenta reputantur. Quinto,quia homini ſūmè nocet,ſed ſequere caput quod ſequitur infra. Mat.8. Greg. Hieron.

Gulæ mala ſunt ſex.

PRimum eſt,quia intelligentiam hominis obſcurat. Et eſt ſententia Diui Hieronymi et etiam Tullii. Secundum, quia inducit loquacitatem, & laſciuiam. Et eſt ſententia Diui Gregorii.Et Exod.31. Sedit populus manducare, et bibere, et ſurrexerunt ludere, &c. Tertium eſt, luxuria. Hiere. Saturati eos, et mœchati ſunt, & in ædibus meretricis luxuriabantur. Vnde in delitiis caſtitas periclitatur, ait Hieronymus. Quartum eſt, quia ex hoc uitio pro- Hieron. Tul. Grego. Exo.31 Hier. 5. Hieron.

Phili. 3 ſilicet uentrem. Philip. 3. Quorum
Deus uenter eſt, & gloria eorum in
confuſionem. Secundo quia obliuio-
Oſe. 13 nem dei inducit. Vnde Oſeę cap. 13.
Adimpleti ſunt, et ſaturati, & eleua-
uerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei.
Idem. 4 Idem. Vinum et ebrietas aufert cor.
Grego. Et Gregorius. Sicut nubes operiunt
lumen lunæ, ita et uapores uentris in
anima ſapientiam dei. Tertio, quia
deũ blasfemat in excedẽdo modum.
Auguſ. Vnde Pater Auguſtinus. Si modum
naturę debitum in moderatione eda-
citatis excedas, & uinolentia te ingur
gites, quantaslibet Dei laudes lingua
tua reſonat, uita blasfemat, ſicut for-
moſitas operis artificem laudat, ſic
eius deformitas eum quodammodo
blasfemat. unde male uiuens creato-
rem ſuum blasfemare dicitur. Quar-
to, quia diabolo multum placet pro-
pter duo. Primo, quia per hoc uitium
multos perdidit & cotidie perdit.
Hoc uitium in matre noſtra Eua, oc-
caſio fuit omnium malorum. Chri-
ſtum in deſerto temptauit. Populum
Pſal. 77 Iſraeliticum peremit, ſicut dicit Da
uid. Adhuc eſcæ eorũ, &c. Pro exem-
plorum copia poteris officinã Teſto-
ris, et libellum uirtutum & uitiorum
uidere. Secundo, quia hoc uitium
Mat. 12 eſt requies demonum. Matt. Cum im

ndus ſpiritus exierit ab homine
oulat per loca arida & inaquoſa
erens requiem & non inuenit,&c.
de legio dæmonum dixit domino. Mat.8.
eiicis nos hinc, mitte nos in por-
s. Poſtquam aliquis uitio gulæ ſub
ur porcus eſt, et beſtia,& habita-
dæmonum. Vnde Gregorius. Niſi Greg.
is more porci uixerit, diabolus in
poteſtatem non accipit. Et Hiero. Hieron.
ui poſt carnem ſuam ambulant, in
ntrem et libidinem proni, quaſi
rationabilia iumenta reputantur.
uinto, quia homini ſum̄è nocet, ſed
quere caput quod ſequitur infra.

Gulæ mala ſunt ſex.

PRimum eſt, quia intelligentiam
hominis obſcurat. Et eſt ſenten
tia Diui Hieronymi et etiam Hieron.
ullii. Secundum, quia inducit lo- Tul.
uacitatem, & laſciuiam. Et eſt ſen- Grego.
ntia Diui Gregorii. Et Exod.31. Se Exo.31
it populus manducare, et bibere, et
rrexerunt ludere, &c. Tertium eſt,
xuria. Hiere. Saturati eos, et mœ- Hier. 5.
hati ſunt, & in ædibus meretricis lu
uriabantur. Vnde in delitiis caſti-
s periclitatur, ait Hieronymus. Hieron.
Quartum eſt, quia ex hoc uitio pro-

Amo.6. uenit in misericordia. Amos.6. Biben
tes in fialis uinum, et optimo unguento delibuti non compatiebantur
Luc.16 super contritione Ioseph. Et exemplum habetur de diuite, qui pauperrimo Lazaro non est compassus. Quin
Ecc.27 tum est, infirmitas corporis. Ecclesiasticus. In multis escis non deest infirmitas. Sextum est, quia sæpe mortem
Ecc.27 inducit. Ecclesiasticus. Propter crapulam multi obierunt. Vide quam plurima exempla in libro testoris de huiuscemodi materia.

Gulæ speties sunt quinque.

PRima est, cum quis horam comedendi præuenit; ut legitur
1.Re.14 de Ionatha. Talis potest timere maledictionem, quę habetur Eccle-
Ecc.10 siastici.10. Væ terræ cuius Rex puer est, et cuius princeps mane comedit. Terra hic intelligitur homo. Rex est liberum arbitrium, quod habet animam regere. Princeps uero intelliguntur quinque sensus. Sicut enim illi qui uerum Deum colunt, ab honore et obsequio diuino diem inchoare uolunt, primo quærentes regnum Dei, sic illi quorum Deus uenter est,
Gen. 3. primo quærunt regnum Dei sui; Re-

gnum

gnum Dei sui est esca & potus. Quid autem acciderit Euæ, quę ad comedendum Adam non expectauit, nemini latet. Secunda est, quando aliquis nimis delicata cibaria quærit. Vt exẽplum de diuite quotidie splẽdide epulante habemus. Tertia est, quando aliquis nimis sumit, ut legitur de sodomitis. Eze. 16: Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, saturitas panis, &c. Quarta est quando aliquis frequenter comedit. Talis autem non humanam sed porcinam uitam ducit, ait Augustinus. Quinta est, cum quis nimis auidè uel ardenter sumit. Ecclesiasticus. Noli auidus esse in omi epulatione, neque effundas te super omnem escam. Vnde P. Augustinus: Delitiæ quęlibet si absque desiderio percipiantur, non offendunt, si uero inordinatè sumantur, impediunt profectum abstinentię.

Luc. 16

Eze. 16

Augus.

Ecc. 38

Augus.

Gulæ remedia sunt quatuor.

PRimum est, moderata occupatio. Ociosus enim patitur famem uniuersalem. Aures enim esuriunt rumores. Oculi uanitates. Gula cibum, sed occupatio in magna parte sedat famem istam. Secun-

dum est, elongatio ab his, qui dant
Pro.23. occasionem huic uitio. Prou. Noli esse in conuiuijs potatorũ; nec in comessationibus eorum qui carnem conquunt ad uescendum. Tertium est, excogitare qualis post mortem caro sit futura; huiusmodi excogitatio, secundum Gregorij sententiam, multum carnis desideria edomat. Et Ber.
Bern. Cur carnem tuam prætiosis rebus adornas, et impinguas, quam post paucos dies uermes deuoraturi sunt in sepulcro? Quartum est consideratio penuriæ pauperũ, quæ multum debet retrahere de superfluitate homines, quam in conuiuiis suis faciunt, cum cogitant paupertatem illorum qui uix possunt panem interdum habere.
Isa. 58. Ob hoc Isaias dicebat. Carnem tuam ne despexeris, &c.

Humilitas triplex.

HVmilitas in sacra scriptura in triplici differentia reperitur. Prima est humilitas culpæ, de
Ecc. 19 qua dicebat Ecclesiasticus. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius sunt plena dolo. Secunda est humili-
Ps. 105 tas pœnæ, de qua Psalmus cantat. Detribulauerunt eos inimici eorum, et

humilitati sunt sub manibus eorum, &c. Tertia est gratię. De qua loquebatur Christus dicens. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Mat. 9.

Humilitatis incitamenta sunt quatuor.

PRimum est scriptura. Luc. 14. Recumbe in nouissimo loco. Et Pet. Omnes inuicem humilitatem infirmantes. Secundum, quia nobis necessaria est. Matt. Nisi efficiamini sicut paruuli isti, non intrabitis in regnum cælorum. Gregorius. Perit omne quod agitur si non solicite in humilitate custodiatur. Et Augustinus. Arborem attendite, figit radicem in humili ut uere tendat ad cęlum. Et Ber. Audeo dicere, quia sine humilitate, nec uirginitas Marię Deo placuisset. Tertium est, quia Deo multum placet. Isydorus; Apud dominum non est quidquam humilitate sublimius. Bernar. Sola placet ei siue in Angelo siue in homine humilitas. De hac materia in sequenti capitulo inquire. Quartum est, quia homini multum prodest. Sed quonam pacto, in secundo capite diffusè uide.

Luc. 14 | 1. Pet. 5 | Mat. 18 | Grego. | Augus. | Bern. | Isyd. | Bern.

Humilitatem docuit Christus quinque modis.

Isa. 9. PRimo, nascendo. Isa. Paruulus natus est nobis, & filius datus est

Luc. 2. nobis, &c. Luc. natus est nobis hodie saluator, qui est Christus Iesus.

Bern. Vnde D. Bernardus ait. Gaudeamus fieri sicut paruulus iste. Discamus ab eo qui mitis, & humilis corde, ne magnus uidelicet Deus sine causa factus

Augus. sit paruulus. Et Augustinus. Erubescat homo esse superbus, quia homo

Isyd. & humilis factus est Deus. Et Isydorus. Cognosce quia Deus humilis uenit, sequere exemplum eius, imitare uestigia eius. Secundo, humilia eligẽdo. Elegit enim matrem humilem.

Luc. 1. Luc. 1. Quia respexit Dominus humilitatem ancillę suæ, &c. Domum humilem, pannos humiles, & lectum hu

Luc. 2. milem. Luc. 2. Pannis eum inuoluit & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Disci

1. Co. 1. pulos humiles. Paulus ad Corinthios ait. Infirma mundi elegit Deus ut cõfundat fortia quęque. Tertio, uerbis

Mat. 11 docendo. Matt. 11. Discite à me quia mitis sum & humilis corde, &c. Quar

Phil. 2. to, mortem assumendo. Paralip. 2.

Humiliauit ſemetipſum factus obe-
diens, &c. Et Gregorius. Quanta uir Grego.
tus humilitatis propter quam ueraci-
ter edocendam; his qui ſine æxtima-
tione magnus eſt, uſque ad paſſionem
paruulus factus eſt. Et quod in tertio
loco dici debebat, in conuerſando, id
circo non ſolum parentibus ſubditus
fuit, ſed etiam cum publicanis & me-
retricibus uerſabatur dum in ætate
perfecta fuerat, quod ſignum maximę
humilitatis eſt, dum ad infimos ac ui-
les declinaret, ob hoc iudæi ſcandali
zabantur dicentes. Quare cum publi Matt. 2
canis et peccatoribus manducat ma-
giſter ueſter, &c. Humilitas Chriſti Luc. 5.
ſuperbiam iudæorum offendebat.

Humilitatis bona ſunt ſex.

Primum, quia gratiam præpa-
rat. Vnde Petrus Apoſt. Deus 1. Pet. 5
ſuperbis reſtitit, humilibus au- & Ia. 4.
tem dat gratiam. et Salo. Quanto ma
ior es humilia te in omnibus. Notabi
liter dicitur. Quanto maior es; Me-
lius ſedet humilitas in maioribus. Vn
de Bernar. In alto non altum ſapere, Bernar.
ſed humilibus conſentire, nihil Deo
carius, nil rarius apud homines.
Idem. In ueritate didici, nil æque ef- Idem.

ficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, et recuperandam, quam si omni tempore coram Deo inueniaris non altum sapere, sed timere. Vnde Prou. Beatus homo qui semper est pauidus. Secundum, quia uia est per quam itur ad Deum. Iac. Humiliamini in conspectu Dei, ut exaltet uos, silicet in uitam, sicut dicit Glossa. Et Pater Augustinus. Ambula per Christi humilitatem, ut uenias ad æternitatem. Et Ber. Per humilitatem ascēde ad sublimitatem, quia hæc est uia, & non est alia prçter ipsam, qui aliter uadit, cadit potius quàm ascendat. Tertium, quia ipsa facit hospitium Dei. Isa. Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum? &c. Anima tranquilla & humilis sedes est Dei. Et P. Augustinus. O quàm excelsus es domine, & humiles corde sunt domus tuæ? Quartum est, quia orationem exaudiri facit. Psal. Respexit in oratione humilium, &c. Iudith. 9. Humilium, et māsuetorum semper placuit tibi deprecatio, &c. Eccl. 35. Quintum est, quia hominem à malo liberat, tam culpæ, quàm pœnæ. Vndè Psal. Humiliatus sum, et liberasti me, &c. Et 3. Reg. 21. Nóne uidisti Achab humiliatum coram me? Quia humiliatus est non inducam malum istum

Pro. 28. Iac. 4. Glossa. Bern. Isa. ulti. Augus. Psal. 101. Iudi. 9. Ecc. 35 Psal. 114. 3. Re. 21

in diebus eius. Paralip. 12. Quia humiliati sunt auersa est ab eis ira domini, &c. Vnde P. Augustinus. Humilitas custodit in omni temptatione. Sextu est, quia in futuro glorificat. Iob. 22. Qui humiliatus fuerit erit in gloria Prou. Humilem spiritu suscipiet gloria. Matt. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cælorum. Pauperes spiritu sunt humiles corde. Ber. Quid humilitate ditius? quid prætiosius inuenitur, qua nimirum regnum cælorum emitur, & gratia diuina acquiritur. Cuius natura est semper alta petere, sicut superbiæ ad ima ruere.

2. Pa. 12
Augus.
Iob. 22
Pro. 19
Matt. 5
Bern.

Humilitatis causæ multæ.

MVltas causas humilitatis inuenire possumus, si diligenter attendamus ea quæ sunt infra nos, in nobis, iuxta nos, et supra nos. Infra nos est terra, in qua tres causas humilitatis inuenimus. Prima est, si attendimus, quia in eam rouersuri sumus, prout nobis dicitur. Terra es & in terram reuerteris. Secunda, quando terram aspicimus. Possumus cognoscere sepulcrum, et cimiterium nostrum esse. Vnde quidam

Gen. 3.

ſapiens, Tali nanque domo, clauditur omnis homo. Tertia eſt, ſub pedibus noſtris, quandoque futura eſt ſuper caput noſtrum. In nobis etiam tres cauſas humilitatis inuenimus, ſilicet ſi attendamus originem, ſtatum, et finem noſtrum. De his tribus dicit
Bern. Ber. Vide unde ueneris, & erubeſce. Vbi es, & ingemiſce, quo uadis, & contremiſce. Iuxta nos eſt proximus. Si attendimus multos de fratribus noſtris eſſe leproſos, cæcos, claudos, & mendicos, & diuerſis miſeriis afflictos, multas cauſas inueniemus. Vnde
Iob. 5. de Iob. 5. Viſitans ſpetiem tuam, non peccabis. Supra nos eſt Deus. In quo ſi attendamus tres etiam cauſas humilitatis inueniemus, ſilicet, attendendo eius humilitatem. Humiliauit enim ſe formam ſerui accipiens,
Bern. ſicut dicit Apoſt. Et Bernardus. Quid magis admirandum, quid amplius deterrendum, quid grauius puniendum quàm quod uides filiũ Dei ſummum in regno cęlorum, et angelorum, noniſſimũ factum in regno hominũ, apponat ſe homo magnificare ſuper ter
Pſal. 23 rã? Potentiã, quia cum ſit fortis, & potens, non eſt dedignatus lauare pedes
Bern. diſcipulorum. Vnde Bernardus admirans ait. O inextimabilis bonitas, o noua et inaudita humilitas. Chriſtus

de filiis, de pura et intemerata Virgine natus, rex regum, et Dominus dominantium surgit a cena, uestimenta deponit, se linteo cingit, aquam in peluim mittit, ante discipulos reuerenda genua flectit, humilis, et pro cliuis pedes discipulorum lauit, qui de nihilo cuncta creauit, & sapientiam quam si attendamus, magnam humilitatis causam inuenire possumus. Cum enim esset sapiens in tantum quod sapientiæ eius non est numerus, noluit tamen nos docere, quomodo cælos fecit, & astra, sed illud euangelicum. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Et ideo si uolumus perueni re ad celsitudinem Dei, oportet prius habere humilitatem. Vnde Pater Augustinus ait: Ambula per Christi humilitatem, ut peruenias ad æternitatem, &c.

Psa. 146

Mat. 11

August.

Humilitatis signa sunt septem.

PRimum est, amor humilium personarum. Ecclesiasticus: Omne animal diligit simile sibi. Secundum est amor propriæ uilitatis, sicut legitur de Dauide. Ludam (inquit) et

Ecc. 13

2. Re. 6

Ic. 16. uilior fiam. Idem. 16. Dimitte eum
Act. 5. (inquit) ut maledicat me. Act. 5. Ibãt. Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Vnde Bernardus. Venus humilis uilis uult reputari, & non humilis prædicari. et
Isyd. Isydorus. Qui enim sibi est uilis, ante dominum magnus est, & qui sibi displicet,, Deo placet. Tertium est si alieno consilio dicit, si se meliorem non crederet, nequaquam cunctorum consilia suæ deliberationi postponeret.
Bern. Vnde Bernardus. Quæ maior superbia quàm unus homo toti congregationi se præferat, tanquam ipse solus spiritum Dei haberet? Quartum est, si de propriis uiribus non confidat.
Luc. 17 Vnde Luc. Cum feceritis hæc omnia, dicite serui inutiles sumus, &c.
Greg. Et Gregorius. Vt cuiuslibet facta digniora sint, necesse est ut apud se indigna semper uideantur. Iste enim solus uincit diabolum. Vnde quidam. Esto humilis nec de te præsumes, & poteris uincere. Nam solus uincitur, qui de se pręsumit, solus uincit qui
Augus. de se non præsumit, ait P. Augustinus. Et Bernardus. Qui de suis confidit meritis, & propriis inititur operibus, cor illius non intrat gratia, nimium plenum est, nec in eo inuenit

gratia locum sui. Quintum est, si con tumelias, et iniurias, uel correctiones mansuetè et patienter audit. Vnde Ber. Qui non quærit gloriam, non sentit contumeliam. Nec timet confundi in conspectu hominum, qui solum gloriam quærit apud dominum. Bern.
Et pater Augustinus facile est uelum ante oculos portare, uiles uestes habere, demisso capite incedere, sed uerum humilem patientia probat illatæ iniuriæ. Nam qui in ueritate humilis est, patiendo iniuriam non turbatur, non excusat se super te, in qua iniuriã est perpessus. Sextum est, si secretum diligit. Psal. Omnis gloria eius filiæ regis abintus, &c. Et Ber. Solus uere humilis parcit animę suæ, ne putetur quòd non est, & semper quantum in se est, uult nesciri quòd est. Septimũ est, si libenter obedit. Vnde Glossa super illud Matthei 3. Ego à te debeo baptizari, & tu uis ut te baptizẽ, &c. Beata est (inquit) humilitas, quoniam non deserit comes obedientiam. Et notandum quòd est humilitas sufficiens, habundans, et superabundans. Sufficiens est subdere se maiori, et se non preferre æquali, & hæc est omnibus necessaria. Abundans est subesse æquali, nec præferre se minori. Superabundans est, subesse minori. Hãc
Auguſ. Psal. 44 Bern. Matt. 3

obe-

obedientiam Christus adimpleuit, &
Matt. 3 sic impletur illud Matthæi. Sic decet
nos implere omnem iustitiam, idest,
omnem humilitatem.

Honorare debemus parentes propter quatuor.

Eccl. 7. PRimo, quia scriptura docet. Ecclesiasticus. Honora patrem tuum, & legis matris tuæ ne obli-
Tob. 4. ui scaris. Tob. Honorem habebis matri tuæ, omnibus diebus uitæ eius.
Basil. Basilius. Parentes nostros ut propria uiscera diligamus. Secundo quia deo placet, quod docuit dupliciter. Pri-
Exo. 20 mo, per præceptum. Exod. Honora patrem tuum & matrem tuam. Secundo per exemplum. in eo quòd subdi-
Luc. 2. tus fuit Ioseph & matri eius. Neque cum esset in angustia passionis, oblitus est matris suæ, imò curam ipsius
Io. 19. habens Ioanni commendauit. Et modo eam tantum facit honorari in sancta ecclesia, ut multi uideantur deuotiores esse matri, quàm filio, quòd credo ideo fieri, ut ostendatur quantum sibi placeat. quòd parentes à filiis ho-
Eccl. 3 norentur. Vnde Ecclesiasticus tertio. Qui timet dominum honorat parentes, & quasi dominis seruiet his qui

ſe genuerunt in opere, & ſermone. Tertio quia homini prodeſt multum. quatuor enim bona facit homini. Primum eſt, quia uitam temporalem auget. Eccleſiaſt. Qui honorat patrem & matrem ſuam, uita uiuet longa. Secundum eſt, quia qui honorat parentes, honorabitur à filiis, & ab aliis. Eccleſiaſticus. Qui honorat patrem iocundabitur in filiis, & in die orationis ſuę exaudietur. Idem. Gloria enim hominis ex honore patris. Tertium eſt, quia honor parentum purgat peccata. Eccleſiaſticus Eleemoſyna enim patris, ideſt facta pro patre, non erit in obliuione. Nam pro peccato matris, ideſt eleemoſyna facta pro peccato matris, reſtituetur tibi bonum, & iuſtitia ędificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur ſui, & ſicut in ſereno glacies ſoluentur tua peccata. Quartum eſt, quia qui honorat parentes, benedictionem à Deo conſequetur. Eccleſiaſticus. In omni patientia honora patrem tuum, ut ſuperueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouiſſimo manet. Quarto debemus honorare parentes propter duo mala, quæ accidunt eis, qui inhonorant, & affligũt, tribulantque parentes ſuos. Primum eſt, quia in malam famam incurrunt. Eccleſia-

Eccl. 3. Eccl. 3. Idem, 3 Eccl. 3. Eccl. 7. Eccl. 3.

sticus. Quàm male famæ est, qui de relinquit patrem, & est maledictus à deo qui exasperat matrem. Prou. Qui
Pro. 19 affligit patrem, & effugit matrem, ignominiosus est, & infelix. Ecclesia
Eccl. 3. sticus. Ne glorieris in contumelia patris tui, non est tibi gloria sed confusio. Secundum est, quia mortem ęter
Exo. 21 nam acquirunt. Exod. Siquis percusserit patrem suum, & matrem suam
Deu. 27 morte moriatur. Deut. 27. Maledictus qui non honorat patrem suum, & matrem suam, &c.

Homo amittit bonum, quod facit triplici ratione.

Primo, iustum se putando. Vnde seruator loquens de pharisæo
Luc. 31 dicente. Non sum sicut ceteri homines, raptores, adulteri, &c. dixit. Qui se exaltat humiliabitur, &c. Propterea dicebat Iob. Si iustificare me
Iob. 10. uoluero, os meum condemnabit me. Secundo alios despiciendo. Ecclesia-
Eccl. 8. sticus. Ne despicias hominem auertentem se à peccato. Et Gregorius.
Grego. Noli in eo despicere quicquid fuit, qui iam cæpit esse quòd non fuit. Tertio de bonis, quæ agit superbiendo.
Luc. 18 Idem exemplum habemus de phari-

ſeo ſuperbo dicente. Ieiuno bis in ſabbato, &c. Et tamen dicebat Chriſtus. Cum feceritis hæc omnia, dicite ſerui inutiles ſumus, fecimus quod debuimus. Vnde Gregorius. Nemo autem ſe de opere, nemo de tempore extollat, & ſi iam ſcimus quæ et quanta bona agimus, adhuc ſupernus iudex, qua ſubtilitate hæc examinet ignoramus. Luc. 17

Homini, qui uult Deum habere propitium, neceſſaria ſunt tria.

Cordis humilitas. Luc. 31. habetur exemplum de publicano à longe ſtante, & oculos ſuos ad cælum leuare non audente, ſed pectus ſuum ipſe percutiens cordis humilitatem oſtendebat. Prou. Cor quod nouit amaritudinem animę ſuæ, &c. Pſal. Cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet. Oris Confeſſio. Idem publicanus dicebat. Propitius eſto mihi peccatori, &c. Et de hac habemus exemplum in libro 3. Reg. 12. cum dixit Dauid. Peccaui domino. Dixitque Natham. Dominus tranſtulit peccatum tuum. Vnde Gloſſa, Qui humiliter confitetur, Luc. 31 Pro. 14 Pſa. 50. Luc. 31 3. Re. 12 Gloſſa.

Bern. cito ueniam consequitur. Et Bernardus. O felix humilitas pænitentium, ò beata spes confitentium, quàm potens es apud omnipotentem, quàm facile uincis inuincibilẽ, quã cito tremẽdum iudicẽ cõuertis in piissimum patrem, &c. Operis satisfactio; sicut faciebat publicanus, qui percutiebat pectus suum, & sic nos debemus percutere pectus nostrum, & redimere
Eccl. 7. peccata nostra eleemosynis. Ecclesiasticus. Propurgate cum Paucis, &c.

Aedificia claustralium, siue religiosorum debent esse honesta propter quatuor.

Primo, quia mortui sunt mundo, ideo potius deberẽt habere
Col. 3. sepulcra quàm palatia. Apost. dicebat. Mortui.n.estis & uita uestra absconditaest cum Christo. Secundo, quia solicitudo circa ista solet sequi
Bern. negligentiam. Vnde Bernar. quàm bene dicit. Video ꝙ non sine magno dolore debent uideri quosdam post aggressam Christi militiam, rursus terrenis cupiditatibus immergi, secularibus implicari negociis, cum magna cura erigere muros, & negligere muros. Quid enim prodest habere tem-

pla & parietes deaurata, si desit spiritus, & charitas, & humilitas, & alia bona? Act. Non enim habitat Deus in manu factis, sed in pauperculis spiritu per gratiam requiescit. Et Gregorius. Non prodest locus, si desit spiritus. In his enim non delectatur Deus, sed uult templa nostra, idest animas nostras ornari bonis operibus. Hier. Verum Christi templum, anima credentis est, illam exorna, illam uesti, illi offer donaria, in illa Christum suscipe; quæ utilitas parietes fulgere gemmis, & Christum in paupere fame mori? Tertio, quia peregrini. Vnde D. Bernardus. Obsecro in peregrinatione huius seculi non ædificemus nobis domos ad habitandum, sed tabernacula ad deferendum, ut pote cito euocandi, & migraturi in patriam cælestem; in castris quippe sumus, in alieno militamus, in alieno laboramus. Quartum propter bonum exemplum. humiles enim domus & pauperes frenant concupiscentiam, & deberemus potius mirari in aspectu cæli, quàm tecti, & potius mirari opera Dei, quàm opera hominum.

Act. 17.

Grego.

Bern.

Hominem impediunt quinque, ne approximet Deo.

Primum est amor diuitiarum.
Ma. 19 Matt. Abiit tristis eò quòd haberet multas diuitias. Secun-
Ma. 14 dum est amor parentum. Matt. Dimitte me prius sepelire patrem meum, &c. Tertium est timor recidiuandi. Quartum est uerecundia confitendi.
Ma. 22 Quintum est, duplicitas animi. Vnde Seruator. Quid me tentatis hypocri-
Ecc. 21 tæ, &c. Et Ecclesiasticus. Ne accesseris ad eum duplici corde, &c. Væ homini duplici corde.

Iustitiæ incitamenta sunt quatuor.

Iustitia plura incitamenta habet. Primum est natura. Et hoc dupliciter. Primo, per rectitudinem, quam dedit corpori humano, quę quidem rectitudo mouet ad rectitudi-
Eccl. 7. nem iustitiæ. Ecclesiast. 7. Hoc inueni quòd fecerit Dominus hominem rectum, & ipse se infinitis quæstionibus implicuit, &c. Hanc eandem sen

tentiam D.Bernardus recitat dicens. Rectus itaque Dominus hominem rectum fecit. Item. Rectum Deus homini staturam dedit, forsitan ut ista corporalis rectitudo hominem illum interiorẽ qui ad imaginem Dei factus est, spiritualis suæ seruandæ rectitudinis admoneret, &c. Secũdo, quia ea quę sunt iustitiæ, pro magna parte naturaliter in corde hominis scripta sunt. Vnde P. Augustinus. Furtum certe punit lex tua domine. Et lex scripta in corde hominum quam ne ipsa quidem delet iniquitas. Quis enim fur æquo animo patitur furem? Secundum est scriptura. Psal. Sacrificate sacrificium iustitiæ, &c. Sap. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Tertium est, quia Deo multum placet. Psal. Iustus Dominus, & iustitiam dilexit, &c. Prou. Quis sequitur iustitiam, diligetur à Deo, &c. Quartum est, quia homini multum prodest. Sed uide infra.

Bern. Augu. Psal. 4. Sap. 1. & Eccle. 4. Ps. 118. & 10. Pro. 15

Iustitiæ bona sunt quinque.

PRimum est, quia à præsenti malo liberat. Vnde Daniel. Deus meus misit angelũ suum & con- Dan. 6

clusit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustum inuen-
Pro. 13 tum est in me. Prou. Iustitia custodit innocentis uiam, impietas uerò peccatorem supplantat; iustitia leuat gentem, miseros facit populos peccatum. Secundum quam ultimam sententiam apparet secundum bonum iustitiæ, quod est bona temporalia tri-
Pro. 14 buere. Tertium est, quia homini pa-
Psa. 65. cem dat, & sic locum Deo parat in homine. Psal. Factus est locus eius in pa-
Isa. 32. ce, &c. Et Isa. Erit opus iustitiæ pax. Quartum est, quia spem in morte tri-
Pro. 14. buit. Prou. Sperat iustus in morte sua. Quintum est, quia æternam benedictionem parat. Psal. Tu benedices
Pro. 10 iustum, &c. Prou. Benedictio domini
Ecc. 20 super caput iusti, &c. Ecclesiasticus. Qui operatur iustitiam ipse exaltabitur, &c.

Ieiunij incitamenta sunt quatuor.

PRimum est, quia Deo placet. quod potest ostendi dupliciter, primo per eius. Præcepit enim ieiunium quadrupliciter. Primo per
Gen. 3 se, Adę & Euæ in Paradiso quando præcepit abstinere à ligno scientiæ

boni & mali. Secundo per legem Moy
sis. Leuit. 16. Sabbatum enim requie Leu. 16
tionis, & afflictionis est. Tertio per
phophetas, idest per Moysem, Eliam,
Danielem, Ihoelem & huiusmodi: Iohel. 2
Sãctificate ieiunium, uocate cœtum,
&c. Quarto per Apostolos. Cor. 11. 2. Co. ii
In fame & siti, &c. Secundum per
eius exemplum, silicet, quando ieiu-
nauit quadraginta diebus, & quadra-
ginta noctibus. Tertium est, quia dia-
bolo displicet. Matt. Hoc genus dæ-
moniorum non eiicitur nisi in oratiõ Matt. 4.
ne & ieiunio. ieiunium enim cogit
diabolum exire ab homine, sicut fa-
mes cogit lupum exire de nemore,
quia ponit illum in sicco, ubi requiem
non inuenit. Matth. Cum immundus
spiritus exierit ab homine, ambulat Ma. 14.
per loca arida quærens requiem &
non inuenit. Quartum est, quia ho-
mini multum prodest. sed uide in se-
quenti capitulo.

Ieiunij bona sunt quatuor.

PRimum est, quia ieiunium rectè
factum misericordiam Dei im-
petrat. Ionæ. 3. Facto ieiunio mi Ionæ. 3.
sertus dominus in inuitis. Ber. Bonum Bern.
ergo & salutare ieiunium, quo remit-

tuntur peccata, & æterna supplicia redimuntur; & non solum delet peccata præterita quę cõmisimus, sed repellit futura, quæ committere poterimus. Secundum est, quia ad intelligentiam & sapientiam ualet. Dan. 1.

Dan. 1. Tollebat Manasar cibaria, & potus puerorum, & dabat eis legumina; pueris autem his dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro, & sapientiam; Danieli autem intelligentiam omnium uisionũ, & somniorum, &c. Tertium est, quia sæpe consolationem, & Angelorum & Dei meretur.

Bern. Bernar. Non est magnum si ieiunat cum Christo, qui sessurus est ad mensam patris cum eo.

Luc. 6. Luc. 6. Beati qui nunc esuritis, quoniam saturabimini. Quartum est, quia corpori prodest, & hoc triplici modo. Primo refrænãdo. secundo sanando, tertio fortificando.

2. Co. 9 de primo dicebat Paulus. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. De secundo dicebat D. Hieronymus

Hiero. Ægrotanti tibi non aliter sanitas restituitur, nisi tenui cibo, potuq; castigato quæ dieta dicitur. De tertio dicebat Paulus,

2. Co. 11. Cum infirmor, uidelicet per ieiunium & abstinentiam, tunc fortior sum. Infirmitas nanq; & debilitas corporis reddebat eum fortem & promptum ad dei obsequia. Ad hæc

dicta etiam additur, quod ieiunium temporaliter liberat, scilicet à periculis, & aduersitatibus huius seculi. Exempla sunt in multis, qui ob reuerentiā Beatæ uirginis uel quorundam aliorum sanctorum ieiunantes, à plurimis huius mūdi periculis liberati fuere. ieiunium quoq; tēporaliter impetrat temporalia scilicet beneficia, ut pluuiā tēpore siccitatis, sanitatem tempore infirmitatis, serenitatem tempore imbrium, pacē tempore bellorum, & huiusmodi ieiuniū demum spiritualiter glorificat. nam per illud ad cælestem possessionem introducimur. Sicut Helias post ieiunium in cælū raptus est. 3.Re. 2.

Ieiunij speties sunt tres.

PRima est ieiunare à peccato. Vnde Hieronymus. Tunc præclara est apud deum abstinentia corporis, cum animus ieiunat à uitijs. Quid prodest tenuari corpus abstinētia, cum animus intumescat superbia? Et Isydorus. Qui à cibis abstinent, & praua agunt, dęmones imitantur, quibus esca non est, & nequitia semper est. Secunda est, à cibo. Hieronymus. Sint pura, casta, simplicia, & non superstitiosa ieiunia uestra, pura, ut sint

Hiero.

Isyd.

Hieron.

absq; peccato mortali; casta, ut tria in tentione fiant; simplicia, ut non que-
Isyd. rat homo delitias. Vnde Isydorus. Spernitur ieiunium quod in uespere delitijs compensatur. Tertia est abstinere
Psal. 76 nere à gaudio corporali. Psal. Renuit consolari anima mea &c.

Ieiunio necessaria sunt quinque.

Orige. PRimum est hilaritas. Vnde Origenes. hilari animo, & limpido corde, non tristi uultu ieiunia fiant, qui non uolũtarie ieiunat, mercedem perdit. Secundum est, omnium peccatorũ ablutio: de qua nos docuit Christus, qui post baptismum ieiunauit. Sic qui uult bene ieiunare, debet per confessionem, & pœnitentiam lauari. In quo arguuntur illi qui nolunt in principio quadragesimæ confi
To. 12. teri. Tertiũ est, oratio; Tob. 12. Bona
Bern. est oratio cum ieiunio. Et Bernardus. uide quemadmodum sibi inuicem ieiunium & oratio societur, ieiunium gratiam promeretur oranti, ieiuniũ orationem roborat; oratio sanctificat ieiunium, & domino repręsentat.
Tob. 4 Quartum est, eleemosyna. Tob. Si multum tibi fuerit, multum præbe,
Augus. &c. Et P. Augustinus. Ieiunia uestra
elee-

elemosynarum pinguedo commendet; quia tale est ieiunium sine eleemosyna, qualis sine oleo lucerna. Et Gregorius. Illud ieiunium Deus approbat, quod ad eius oculos manus eleemosynarum leuat. Quintum est, à fauoribus hominum elongatio. De quo docuit nos Christus, qui cum ieiunaturus esset, petiit desertum, sic cum ieiunamus, & bona operamur, à laudibus hominum debemus nos abscondere. Matth. Cum ieiunatis, nolite fieri, sicut hypocritæ tristes, &c. Grego. Mat. 6

Imitari debemus Dominum in quatuor.

PRimo, in sanctitate. Sic dicebat Dominus; Sancti estote, quoniã ego Sanctus sum. Secundo in dilectione. Vnde Ioannes. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Tertio in misericordia. Estote misericordes, sicut & pater uester cęlestis misericors est; dicebat Saluator noster. Quarto in mansuetudine. Matth. Discite à me quia mitis sum, & humilis sum corde. Leu. 11. 1. Io. 3. Luc. 7. Mat. 11

Ira fugienda est propter tria.

PRimo, quia deo displicet. Quod potest ostendi tribus rationibus. Prima est, quia hospitium
Eph. 4 Dei turbat. Ephe. 4. Nolite contristari spiritum, silicet Dei, in quo signati
Greg. estis, &c. Et Gregorius. Dum ira animum pulsat, spiritui sancto suam ha-
Augus. bitationē perturbat. Et P. Augustinus. Dum ira quietem mentis tollit, spiritus sanctus ibi non quiescit. Sicut pax est locus Dei, ita ira est locus diaboli. Secunda est, quia ira imaginem Dei in templo eius dissipat.
Augus. Vnde P. Augustinus. Omnis mansuetudo imaginem Dei in nobis seruat, sed ira dissipat, quę uirtutibus priuat.
Grego. Et Gregorius. Dum per iram mansuetudo amittitur, supernæ imaginis similitudo uitiatur. Tertia est, quia aufert dominium suum in homine, & facit ibi dominari diabolum. Homo iracundus uult esse quasi Deus, dum uindictam usurpat sibi, quoniam Deus sibi retinuit, ut legitur.
Ro. 12. Mihi uindictam & ego retribuam, dicit domi-
Deu. 32 nus. Et Deut. Mea est ultio, & ego retribuam eis in tempore, &c. Secundo quia ira placet diabolo propter duo. Primo, quia per iram hominē cęcat. diabolus. nanq; similis est coruo qui

ueniẽs ad cadauer primo eruit ei ocu
los. Sic diabolus ueniens ad peccato-
rem,primo eruit per iram oculum in-
tellectus, ut postea possit eum in fo-
ueam peccati præcipitare ad suam uo
luntaté. Vnde dicitur. Impedit ira ani
mum ne possit cernere uerum. Homo
enim iratus ita ligatur, ꝙ non timet
facere quodcunq; diabolus præcipit,
& suggerit in corde eius. non.n.par-
cit uxori,non filiis,non matri,nec ip-
si Deo. Vnde Grego. Per iram sapien- Greg.
tia perditur,ut quid quo'ue ordine a-
gẽdũ sit,omnino nesciat. Tertio, quia
per irã multum lucratur diabolus,nõ
solũ unum hominem,sed ẽt totã uillã,
uel patriam. Vnde homo iratus,est si-
cut serpens ignem ex ore uomens, &
exurẽs eos, qui sunt iuxta se. Pro. Vir Pro. 15
iracundus suscitat rixas,&c. Quarto,
quia homini multũ nocet. Sed de hac
materia uide in sequenti capitulo.

Iræ mala sunt quatuor.

PRimum est,quia hominẽ excæcat.
Vnde Iob. Caligauit ab indigna- Iob. 17
tione oculus meus,&c. Psal. Tur- Psal. 6.
batus est à furore oculus meus. &c.
Et Gregorius. Cum iracundia con-
fusioni tenebras incutit, huic Deus
radium suæ cognitionis abscondit.

Secundum est, quia misericordiam
Pro. 12 fugat. Prou. Ira misericordiam non habet, &c. Tertium est, quia possessiones minuit. Ecclesiasticus obiurgatio, & iniuria annullabunt substantiam. Quartum est quia omnia mala
Ecc. 21
Grego. introducit. Vnde Gregorius. Omnium uitiorum ianua est iracundia. Pro.
Pro. 29 29. Qui ad uindicandum est facilis,
Glossa. ad peccandũ erit pronus. Vnde Glossa super illud, Vir iracundus, dicit. Ianua omnium uitiorum est iracundia, qua clausa, uirtutibus intrinsecus datur quies, aperta uero ad omne facinus armabitur animus.

Iræ alienæ remedia sunt tria.

Pro. 15 PRimum est, mollis respõsio Pro. Respõsio mollis frangit irã. Hõ
Pro. 15 iratus est uelut olla bulliẽs. Vnde Pro. Os stultorũ ebullit stultitiã. Ideo aqua frigida, silicet mollis responsio, superfundenda est. Ecclesiasticus. Non ne ardorem refrigerat
Ecc. 18 ros, sic uerbum bonum, &c. Dulce nanque uerbum est sicut ros refrigerans iram. Secundum est, silentium. Nam cum defecerint ligna, extinguitur ignis, uelut ligna sunt uerba quæ respondentur iracundo, unde ignis,

iræ nutritur. Vnde Ecclesias. Non litiges cum homine linguato, & non struas ligna in igne eius. Et Isydorus; Quamuis quisque irritet, quamuis criminetur, tu sile, tu tace, tu dissimula, quia tacendo uincis. Tertium est exemplum Christi, qui iram iudæorum patienter tolerauit. Vnde Isydorus. Disce à Christo tolerantiam, & non dolebis iniurias, pro nobis nanque passus est, flagellis cæsus, sputis derisus, clauis confixus, cruce damnatus semper conticuit. Eccl. 8. Isyd. Isyd.

Iræ propriæ remedia sunt tria.

PRimum est silentium. Prou. 12. Fatuus statim indicat iram suã, &c. Vnde Glossa, natura iræ est, ut prolata, magis ferueat, occultata uero languescat. Vnde Prou. Qui imponit stulto silentium mitigat iras. Psal. Posui ori meo custodiam, &c. Secundum est consideratio diuinæ ordinationis. Nullum malum pœnæ potest inferri nobis, nisi diuina ordinatione. Nullũ aduersariũ homo haberet, nisi Deus potestatem dedisset; & uniuersa quæ illi accidunt, absque Dei uoluntate non ueniunt, ait Pro. 12 Pro. 27. Psal. 38.

Isyd. Isydorus. quã ergo magna consolatio debet esse fidelibus? quia sicut dicit.
Greg. Grego. Scit cælestis medicus quid nobis daturus est ad consolationem, & quid subtracturus ad exercitationem.
Tertium est, cõsideratio propriorum
Pro. 19 defectuum. Facilius enim quis portat aliorum defectus, quando considerat suos. Prou. Homo indigens misericors est, &c. Considerata profectò infirmitate propria, mala nobis ipsa excusat aliena.

Inuidia fugienda est propter duo.

Primum est, quia bonitati aduersatur Dei. Bonitas enim Dei larga est omnibus, de quo dolent inuidi, sed uolunt eam sibi esse largam, dolent enim de bonis proximi sui absq; culpa eius. Vnde sapientiam Dei sui, & bonitatem nequeunt cognoscere.
Sap. 6. Sap. 6. Neq; cura inuidia tabescente iter habeo, quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ. Secũda, quia
Sap. 2. inuidus diabolo assimiliatur. Sapien. Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum, &c. et Isyd. Inuidus mẽ-
Isyd. brum est diaboli, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum, diabo-

lus parentes nostros seducere uoluit, quia inuidebat eis regnum cælorum quod perdiderat, & nunc facit similiter nobis. Inuidus enim socius est diaboli, quia per inuidiam fratres uendiderunt Ioseph, Cain occidit Abel, Iudęi Christum crucifixerunt. Et Augustinus. Per inuidiam Christus crucifixus est, ideo autem qui inuidet fratrem suum, crucifigit Christum. Augſ.

Inuidiæ mala sunt quatuor.

PRimum est, quia cuncta bona exterminat. Vnde Isydorus. Cuncta bona uirtutum germina inuidia concremat. Isyd. Et Gregorius. Nam cum inuidia mentem tabefecerit, cuncta quæ inuenerit bene gesta consumit. Grego. Secundum est, quia inuidum cruciat. Vnde Isydorus. Inuidia animi ut tinea sensum comedit, pectus urit, mentem afficit, cor hominis ut quædam pestis depascit. Isyd. Inuidus uult potius carere bono, quàm socium in eo habere, potius uult socium habere in miseria, quã in felicitate. Tertium est, quia aufert bona homini proximi, quæ essent sua si eũ diligeret. Augustinus. Pensent inuidi quantum bonum est charitas, quę aliena bona sua facit. Augus

Idem. Item. Tolle inuidiā, & tuum eſt quod habeo. Quartum eſt, quia aufert homini proximum. Vnde ait Vgo de ſancto Victore. Vgo. Superbia aufert mihi Deum, inuidia proximum, ira me ipſum.

Inuidiæ remedia ſunt duo.

PRimum eſt, ut homo amet ea bona, quæ poſſunt haberi à multis. Vnde Gregorius. Greg. Qui liuoris peſte carere deſiderat, illam hereditatem diligat, quam coheredūm numerus non anguſtat & omnibus una eſt, & ſingulis tota. Idem. Idem. Imminutio liuoris, eſt affectus ſurgens internæ dulcedinis, & plena mors eius eſt perfectus amor æternitatis. Idem. Idem. Vir iuſtus per hoc quòd in terris nil appetit, alienis profectibus inuidere neſcit. Secundum poteſt eſſe cogitatio malorum, quæ ex inuidia oriuntur; ut eſt in præcedenti capitulo uidere.

Ingratitudo tria mala facit.

PRimum eſt, quia Deus eam odit. Vnde Bernardus. Bern. Ingratitudo hoſtis gratiæ eſt, inimica ſa-

lutis. Dico enim uobis quoniam pro meo sapere, nihil ita Deo displicet, præsertim in filiis gratiæ, in hominibus conuersionis, quemadmodum inuidia. Secundum est, quia bona iam à Deo accepta auferri facit. Vnde P. Augustinus. Quod Deus dederat gratis, tulit ingratis. Idem. Nemo est donis Dei beatus, qui donanti extitit ingratus. Tertium est, quia impedit ea bona, quæ darentur homini, nisi fuisset ingratus. Vnde Gregorius. Non est dignus dandis, qui non agit gratias de datis. Et Bernardus. Ingratitudo est uentus urens, siccans fontem pietatis, rerum misericordiæ, & frumenta gratiæ. Idem. Vias enim obstruit gratiæ, ubi fuerit illa iam gratia accessum non inuenit. Idem. Nihil augetur ingrato, sed quod acceperat ei reuertetur in pernitiem.

Augus. Idem. Grego. Bern. Idem. Idem.

Inobedientia fugienda est propter tria.

PRimo, quia Deo displicet. quod potest cognosci tribus rationibus. Primo per mortem eius, quia ut sanaret primã inobedientiam mori uoluit. unde potius debemus timere inobedientiam quàm mortem

Bern. exemplo eius. Vnde D. Bernardus. Mementote fratres, Christus ne perderet obedientiam, perdidit uitam.

Idem. Idem. Non dabit inobedienti copiam sui, tantus obedientię amator, qui maluit mori quàm non obedire. Secunda potest cognosci per hoc quòd homines magis obediunt rebus uilissimis, silicet, diabolo, & carni, & mundo. Vnde P. Augustinus in persona

Augus. Dei loquitur dicens. Quid enim causa est, quia inimico meo, uestroque magis seruire libet, quàm mihi? neque ille creauit uos, nec pascit, nec tempora uestra disponit, si parua hæc uidentur ingratis, non ille, sed ego redemi uos, et multi sunt, qui magis obediunt pecuniæ, quàm Deo. Vnde

Ecc. 10 Ecclesiasticus. Pecuniæ obediunt omnia, &c. Tertia potest cognosci per uindictas inobedientibus factas, sicut de primis parentibus. Si enim illi qui erunt in paradiso sunt eiecti propter hoc peccatum, quomodo credunt se ingressuros esse, qui inobedientes sunt? Secundo fugiéda est inobedientia, quia diabolo placet, quia est cau-

Bern. sa nostræ mortis. Vnde Bern. Inobedientia est causa mortis, omnes experimur, omnes morimur propter eam. Inter omnes creaturas non sunt nisi duo inobedientes Deo, silicet, homi-

nes,et dęmones. Vnde Iob. Habitent Iob.18.
in tabernaculo eius ſocij eius. Vnde
inobedientes attinent diabolo, Sicut
obedientes Deo. Vnde Matth. Qui- Mat.12
cunq; fecerit uoluntatem patris mei,
qui in cælis eſt, ipſe meus frater, ſo-
ror,& mater eſt. Sic etiam poteſt di-
cere diabolus. Tertio, quia homini
multum nocet. Duo enim mala fa-
cit homini. Primum eſt, quia eius
oratio non exauditur. Vnde Pater Au Auguſ.
guſtinus. Qui à præceptis dei auer-
titur; quod in oratione poſtulat non
meretur. Prou. Qui declinat animam Pro.28
ſuam,ne audiat legem,oratio eius exe
crabilis erit. Secundum eſt, quia ma-
ledictiones Dei incurrit. Pſal. Ma- Pſ.118.
ledicti, qui declinant a mandatis tu-
is, &c.

Indeuotio oritur ex tribus.

PRimo, eſt indeuotio quædam
arriditas ſpiritualis. Pſal Anima Pſ.142.
in ea ſicut terra ſine aqua tibi. Nu.11.
Et Num.11. Anima noſtra arida eſt,
nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi
manna. Prouenit autem iſta ariditas
ex tribus; Primo ex ſuperbia, quæ
mons appellatur. Vnde 2. Reg.1. Mon
tes gelboe neque ros, neque pluuia 2.Re.1.

Bern. ueniat ſuper uos, &c. Vnde Bernard. Superbia inuenta eſt in me, & Deus declinauit ſeruo ſuo in ira; non compungor ad lacrymas, pſalmos legere non libet, non orare delectat, meditationes ſolitas non inuenio, ad opus manuum piger, ad uigilias ſomnolentus, ad iram præceps, ad odium pertinax, linguæ & gulę indulgentior, ſegnior, obtuſiorque ad prædicationẽ; cum omnes montes in circuitu meo Dominus uiſitat; ad me autem non appropinquat. Secundo ex defectu cibi

Pſ. 101 ſpiritualis. Pſal. Aruit cor meũ, quia oblitus ſum comedere panem meum. Tertio ex accidia. Cum ceteræ creaturæ ex ocio impinguentur, ex labore attenuentur. anima uerò humana è contrario, ex labore impinguatur,

Pro. 13. & ex ocio, & deliciis attenuatur. Pro. 13. Anima autem laborantium impinguabitur? Quod ideo fit quia bona opera, cibus ſunt eorum qui faciunt ea. Homines uero, qui patiũtur iſtam ariditatem, duri ſunt frequenter ad ea quæ ſunt obedientiæ. Dura enim facilius franguntur quàm flectantur. nil ſpiritualis pinguedinis amittunt, quia non gaudent, nec gratias agunt, ſed ſtatim ardent, & exurunt, & quæ aliis facilia ſunt, uel iucunda, eis uidentur importabilia,

In iudicio sex erunt timenda.

IMmensa tribulatio. Matt.24. Erit tribulatio tunc, qualis nunquam fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. Isa. Ecce dies domini ueniet crudelis, indignationis plenus, &c. Et Gregorius. O quàm angustæ erunt undique reprobis uię, superius erit iudex iratus, subtus horrendum chaos inferni, à dextris peccata accusantia, à sinistris dęmonia infinita ad supplicium trahentia; intus conscientia urens, foris mundus ardens. miser peccator sic deprehensus quò fugiet? latere erit impossibile, apparere intolerabile. Vnde Apoc. 6. Tunc dicent montibus, & petris cadite super nos, & abscondite nos ab ira agni. Vnde P. Augustinus. Mallent reprobi omne tormentum sustinere, quàm faciem iudicis irati uidere. Apo.9. In diebus illis quærent homines mortem & nõ inuenient, & desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis, &c. Malorum à bonis segregatio. Matt. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suę, & congregabuntur ante eum omnes gentes, &

Mat.24 Isa.13. Grego. Apoc.6 Augus. Apoc.9 Mat.25

separabit eos ab inuicem, sicut pastor separat oues ab hœdis, & statuet oues quidem à dextris, & hœdos à sinistris. &c. Peccatorum denudatio. Ecclesias. In fine hominis denudatio operum illius, &c. Isa. Reuelabitur ignominia tua & uidebitur opprobrium tuũ. &c. Et Naũ. Reuelabo pudẽda tua in faciẽ tuã &c. Et Eze. Nudabo ignominiam tuã, & uidebũt homines turpitudinẽ tuã, &c. Operum examinatio. Ro. oẽs stabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque prout gessit in corpore suo siue bonum siue malum &c. Et non solum mala examinabuntur, sed etiam quæ iusta nobis esse uidentur. Vnde Psal. Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo &c. Et Sap. 6. ipse cogitationes nostras scrutabitur. unde Ber. Ibi ueritas scrutatur intentiones, & secretissimos recessus mentiũ diuinus ille inuestigat intuitus. &c. Verba ociosa Matt. De omni uerbo otioso, quod locuti fuistis reddetis rationem in die iudicij. Et etiam tempus. Vnde D. Ber. omne tempus tibi impẽsum requiretur qualiter à te fuerit expensum, & sicut capillus non peribit de capite, sic nec momentum de tempore. Æternæ sententiæ definitio, quãdo dicet, ite maledicti in ignẽ æternum &c. quæ erit inreuocabilis,

Eccle. 9; Isa. 48.; Nau. 3.; Eze. 16.; Ro. 14.; Psal. 74; Sap. 6.; Bernar.; Mat. 12; Bern.; Mat. 25

quia si beata Virgo,& omnes sancti,& sanctæ rogarēt in iudicio pro aliquo, qui tunc esset in peccato mortali, iudex non exaudiret eos. Vnde Chrisostomus. Tunc nec diuitię pro diuitibus, nec parentes pro parentibus intercedunt, nec angeli sicut solebant pro hominibus faciunt uerbum. Chrisos

Iudicium timendum est propter quinque.

PRimo quia impræmeditabile. Matt. De die illa, & hora nemo scit, neque angeli angelorum, nisi pater solus. Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduētus filij hominis. Mat.24
Secundo quia ineuitabile. Cor.5. Omnes enim manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusq; prout gessit &c. Sap. tuam manum effugere impossibile est. Tertio, quia importabile propter nimiam angustiā & tribulationem. Matt. Erit enim tūc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi usq; modo neq; fiet. &c. Arescētibus hominibus &c. Et Apoc. In diebus illis quęrent homines mortem & non inuenient, & desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Et Grego. O quàm angustæ erunt undiq; reprobis uię &c. hanc auctoritatem uide in 2.Cor.5 Sap.16 Mat.24 Luc.2c. Apoc.9 Grego.

præcedenti capitulo in principio. Quarto, quia erubescibile, quia omnia quæ modo fiunt in tenebris, erunt in lumine. Auctoritates uide in præcedenti capitulo, ibi peccatorum denudatio. Quinto erit incommutabile.

Prou, 6. Pro. 6. Zelus & furor uiri non parcet in die uindictę, nec acquiescet cuiusquam præcibus, nec suscipiet pro redemptione dona, &c.

In iudice tria sunt timenda.

EIus indignatio, siue ira. Tanta enim erit indignatio & ira eius quòd uirtutes cælorum

Luc. 21 commouebuntur, sicut dicit Lucas. Apoc.

Apoc. 6 Tunc dicent montibus & petris cadi-

Iob, 3 1. te super nos, &c. Vnde Iob. Quis mihi tribuat ut in inferno protegas me, &

Augus. abscondas me donec pertrāseat furor tuus? &c. Et P. Augustinus. Mallent re probi omne tormentum sustinere, quàm faciem iudicis irati uidere, &c. Eius inflexio; non enim poterit muta

Pro. 26. ri à iustitia Prou. Zelus & furor uiri nō parcet in die uindictę, nec acquiescet cuiusquā præcibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Et

Chris. Chrisostomus. Tunc nec diuitię de diuitibus, nec parentes pro parētibus

intercedunt, nec angeli ſicut ſolebãt, pro hominibus faciunt uerbum. Eius ſubtilis examinatio. Scrutabor hieruſalem in lucernis, dicebat Propheta. Iudicium enim turbant tria, ſilicet, Si fit ex defectu iuſtitiæ, iuxta nanq; modum culpæ debet eſſe menſura pę næ, propterea dicebat ſeruator. Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate. Nam in quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis, &c. Secundo fiet ex defectu ſcientiæ. Vnde Paulus. Nolite ante tempus iudicare. Vnde Pater etiam Auguſtinus ait. Iudicis magna iniuria eſt, ſi ante tempus ſeruo procedit ſententia. Tertio fit ex defectu auctoritatis. Vnde Paulus. Quid enim mihi de his qui ſunt foris iudicare? Non ne de his qui intus ſunt uos iudicatis? Nam eos qui foris ſunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex uobis ipſis, &c. Idem. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? ſuo domino ſtat, aut cadit.

Io. 7.
Matt. 7
1. Co. 4
Augus.
Iob. 29.
1. Co. 5.

Laudi diuinæ insistendum est propter quatuor.

Psal. 49 PRimo, quia scriptura docet. Psa. Immola deo sacrificium laudis.
Eccl. 39 Ecclesias. 39. In omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen
Heb. 13 domini. Heb. 13. offeramus hostiam laudis semper deo. Secundo quia omnes creaturæ laudant eum. Vnde D.
Grego. Gregorius: Mirum est, quòd homo semper deum non laudat, cum quęlibet creatura ad eum laudandum sem-
Cassio. per inuitet. Et Cassiodorus: Omnis creatura te tua bonitate collaudat.
Psal. 49 Tertio, quia deo multum placet. Psal. sacrificium laudis honorificabit me &c. Ideo deus dedit homini, ut eam laudaret, & qui deum non laudat, qua-
Augus. si mutus reputandus est. Vnde P. Augustinus. Vę tacentibus de te, quoniã loquaces muti sunt. Quarto quia homini multum prodest. Vide infra.

Laus Dei quatuor bona facit.

PRimum est, quia malignum spiritum fugat. Vnde in libro Re-
Re, 16. gum dicitur. Ecce spiritus do-

mini malus exagitabat te &c. Psal. Psal. 17
Laudans inuocabo dominum & ab inimicis salus ero. Et P. Augustinus. Augus.
Psalmus demones fugat. Secundum est, quia angelos ad adiutoriũ inuitat si cum alacritate fiat; quia alacritas diuinæ laudis, quæ fit in terra, repręsentat illam quæ fit in cælis. Vnde Ber. Bern.
Nil in terris ita repręsentat cęlestis habitationis statum, sicut alacritas laudantium deum. Idem. Ideo alacri- Idem.
ter domino assistatis, non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parcentes uocibus, non præcidentes uerba dimidia, non integram transilientes, non fractis, & remissis uocibus muliebre quidem balbadenare sonantes, sed utili (ut dictum est) sonitu, & affectu, uoces sancti spiritus depromẽtes & quod ad adiutoriũ ueniant. Sententia est etiam P. Augustini; Augus.
Psalmum angelos ad adiutorium inuitare. Et Beda. Angelici enim spiritus Beda.
nobis adesse credendi sunt, maximè cum diuinis mancipamur officijs. Et Bernar. Psallentibus dignanter ad Berna.
misceri sancti Angeli solent. Tertium est, quia hominem lętificat. Psal. Psa 70.
Exultabunt labia mea cum cantauero tibi. Et Iac. Tristatur aliquis in uobis, Iac. 5.
oret æquo animo & Psallat. Vnde Glossa. Crebra psalmo die dulcedo Glossa.

nociuam tristitiæ pestem de corde expellitur. Quartum est, quia per præsentem laudem uenitur ad ęternam.
Psal. 83 Psal. Beati qui habitant in domo tua
Ps. 150. in seculum seculi laudabunt te. Item laudate eum in cordis & organo &c. Tribus modis debemus laudare deũ. Corde, ore, & opere. De primo dicebat Paulus.
1. Co. 14 Psallam spiritu, psallam & mente. De secundo Psalmus.
Psa. 33. Semper laus eius in ore meo. De tertio
Augus. ait P. Augustinus. Non solum igitur uox tua sonet laudes dei, sed opera cõcordent cum uoce tua. cum enim laudatur deus de bono opere tuo, tunc laudas deum. Igitur corde, ore, & opere dominum, qui fecit omnia, laudemus semper.

Linguæ custodiam monet quatuor.

PRimum est, mala, quæ ex lingua oriuntur. de hac materia require in sequenti capitulo. Secundum est, consideratio futuræ examinationis, quia ibi examinabuntur uerba, quæ sine utilitate proferuntur.
Mat. 12 Vnde Matt. 12. de omni uerbo ocioso quod locuti fuerint homines, reddẽt
Isyd. rationem in die iudicij. Et Isydorus. sermo ociosus non est absque iudicio.

cio. Tertium quod monet nos ad custodiendam linguam, sunt bona, quæ ex silentio oriuntur. De hac materia require in capitulo de silentio. Quartum est, quia nobis necessaria est, quia sine custodia linguæ non potest homo iustificari. Unde Iob. Nunquid uerbosus iustificabitur? Et Iac. 2. Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, huius uana est religio. &c. Prou. Mors & uita in manu linguæ. Iob. 11. Iac. 2. Pro. 17.

Linguæ mala sunt quinque.

PRimum est, quia ostendit hominem esse stultũ. Ecclesiast. Stultus uerba multiplicat. unde Hieronymus, uox enim insipientis in multiplicatione sermonis est. Itẽ. Canis infirmior magis latrat. Secundum est, quia reddit hominem odiosum. Unde Ecclesiasticus. 9. Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus. Ideo porco assimilatur, qui in omni spurcitia ponit os suum. Hoc confirmat D. Gregorius inquiens. Qui non timet inquinare linguam suam peccato, porcus uidetur esse, potius quàm homo, & est quasi canis macelli, qui labia sua solet habere sanguinolenta. Eccl. 7. Hieron. Eccl. 9. Grego.

Tertium est, quia animam lędit, & maculat. Prou. In multiloquio non deerit peccatum. Et Ecclesiasticus. Qui multis utitur uerbis lędet animam suam. Quartum est, quia in præsenti hominem in multa mala ruere facit. Prou. Propter peccata labiorum ruina proximat malo. Ecclesiasticus. Labia stulti pręcipitabunt eum. Et Isydorus. Qui uerba non reprimit ad noxia citò transit. Quintum est, quia in infernum uir linguosus deducitur, & eius lingua illic cruciat. Exemplum habetur de diuite Epulone, qui in inferno eleuans oculos ad Abraham dicebat. Mitte Lazarum, &c. Quia crucior in hac flamma. Cupiebat ipse ut eius lingua refrigeraretur, quia per eam maxime peccauit.

Pro. 10 — Ecc. 29 — Pro. 12 — Ecc. 10 — Isyd. 12. — Luc. 16

Locutionis temerariæ species sunt sex.

PRima est incertitudo eius de quo quis loquitur. Propterea dicebat Iacobus. Sit autem omnis homo uelox ad audienduui, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Et Isydorus. In loquendo peritus esto, multum autem delibera quid dicas, ne reuocare possis, quod dicis.

Iac. 1. — Isyd.

Secunda est, temporis inconsideratio. Ecclesiasticus. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit eam in tempore suo. Idem. Homo sapiens tacebit usque ad tempus, lasciuus autem & imprudens non seruant tempus. Tertia est, usurpatio. Quæ fit quando aliquis se ingerit ad loquendum quod ad alium pertinet. Ecclesiasticus. Loquere tu maior natu. Quartum est, inutilitas locutionis, quę fit ex defectu audientium. Ecclesiasticus. Vbi non est auditus ibi non effundas sermonem. Quintum est, uituperandi intentio. Ecclesiasticus. Priusquam interroges, ne uituperes quemquam. & cum interrogatus fueris, corripe iustè. Sexta est, pręcipitata responsio. Ecclesiasticus. priusquam audias ne respondeas uerbum. Prou. Qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat, & cõfusione dignum. Et Isydorus. Tace prius, & audi, tace usquequo interrogeris.

Ecc, 20 | Ibid. | Ecc. 32 & 34. | Ecc. 32 | Ecc. 11 | Eccl. 9 | Pro. 18 | Isyd.

Locutionis remedia sunt quatuor.

PRimum est deuitare personas, & loca in quibus peccari in hoc solet. Vnde Isydorus. Pe- Isyd.

riculoſum eſt cum his qui prauę uoluntatis ſunt ſociari. melius eſt enim malorũ odium habere quàm conſortium. Secundum eſt, omni uerbo aurem accõmodare.
Iſyd. Iſydorus. Claude aures tuas ne audias malum, reſpue ſermones impudicos, quia unus ſermo cito polluit mentem & facile agitur quod libenter auditur. Tertium eſt loqui raro. Vnde Philoſophus. Ad ſummam perfectionis uolo te eſſe breuiloquum, rariloquum & ſummiſſa uoce loquentem.
Ambr. Et D. Ambroſius. Tenendus eſt modus in loquendo, & ab ipſis nonnunquam utilibus uerbis parcendum, quia ſępe contingit, ut dum multa bona uerba proferre uidentur, ad aliquid prauum deriuetur. Quartum eſt examinatio locutionis.
Hieron. Vnde Hieronymus. Prius ſit ſermo ad limam, quàm ad linguam.
Ecc. 21 Eccleſiaſticus. Verba prudentium ſtatera ponderabuntur.
Idem, 21 Idem. In ore fatuorum cor illorum, & in corde ſapientium os illorum.

Loquens triplex.

Pſ. 141. PRimus eſt ſuperborum iniquitas. In uia hac qua ambulabam abſconderunt mihi. Secundus eſt

est auarorum cupiditas Timo. 6. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, &c. Tertius detractorum peruersitas est. Ecclesiasticus. 51. Liberasti corpus meum a perditione, a laqueo linguę iniquæ, & à labiis operantium iniquitatem. 1. Ti. 6. Ecc. 51

Liber quadruplex.

PRimus est gloriæ, in quo legunt soli angeli, et sancti, qui sunt cum Deo. Vnica enim uisio huius libri reddit hominem scientem. Vnde P. Augustinus. Habemus unum doctorem in cælis, quem semel uidisse, didicisse est. De hoc libro legitur Lucę. 10. In hoc nolite gaudere quia spiritus uobis subiiciuntur, sed potius gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in cælis. Secundus est gratiæ, iste liber est Christus. Apoc. 10. Et uide in dextera sedētis super thronum, librum scriptum intus et foris. In hoc libro possunt legere omnes, si licet, mares, & feminę, scientes literas, et non scientes. Vnde Psal. In capite libri scriptum est de me. Dicit Glossa. In capite libri, idest, in consilio diuinitatis, quæ est caput meum Augus. Luc. 10 Apo. 10 Psal. 39 Glossa.

ſecundum quod huius qui ſum liber humani generis, in quo legant omnia ſibi neceſſaria. Et debemus in hoc libro legere intus & foris. Intus debemus legere tria, ſilicet humilitatem, charitatem, & patientiam. de his tribus require in cap. ſingulorum. Foris ſimiliter debemus legere tria, ſilicet obedientiam, paupertatem, et perſeuerantiam. Tertius liber eſt creaturarum. In hoc libro poſſunt homines ſimiliter legere. Iſte nanque liber docet nos tria uidelicet, Cognoſcere Deũ. Magnitudo.n.creaturarũ docet nos cognoſcere potẽtiã Dei. Sap. 13.
Sap. 13 à Magnitudine.n.ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horũ
Idẽ. 12. uideri. Idem. Si uirtutẽ & opera eorũ mirati ſunt, intellig-t ab ipſis quoniã qui hæc conſtituit, fortior illis eſt, & per magnitudinem uiſibilium poſſumus cognoſcere magnitudinẽ inuiſi-
Rom. 1 biliũ. Vnde Paulus. Inuiſibilia enim à creatura mũdi ꝑ ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciuntur, &c. Secũdo docet laudare Deũ. Pulchritudo.n.et uarietas creaturarum docet nos laudare Deũ. Plus.n.laudat Deum roſa una ſic ornata, quàm aliquis explicare poſſet, & ſic aliæ creaturę. Nonne artifex laudatur ab opere ſuo, aut uitupe ratur? ſic formatio creaturarum Dei,

et dispositio, monent nos ad laudandum Deum. Vnde Isydorus. Sicut ars in artificem retorquet laudem, ita rerum creator per creaturam suam laudatur. Et ideo P. Augustinus ait. Mirum est, quomodo homo semper Deum non laudet, cum omnis creatura ad Deum laudandum inuitet. Tertio docet nos amare Deum. Vtilitas enim creaturarum docet nos Deum amare. Nullus modus efficacior est ad quærendum amorem alicuius quàm donum, quia sicut dicit sapiens. Beneficia enim feras mansuescere faciunt. Et bona huius mundi donanda sunt; constat ergo quod de eius amore nos doceant. Vnde P. Augustinus. Domine cælum, & terra, & mare & omnia quæ in eis sunt, dicunt mihi undique ut amem te, nec cessant dicere omnibus ut sint inexcusabiles. De quarto libro, silicet scripturarum. Legitur Ezech. 2. quòd in eo erant scriptæ lamentationes, silicet primi hominis, carmen secundi, & uæ diaboli, & membrorum eius. Iste enim liber docet nos tria, silicet, quid agendum, silicet, lamentationes, siue pænitentiam. Iac. Miseri estote & lugete, &c. Et illud. Agite pænitentiam. Et illud Hieremiæ. Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum, &c. Quid appeten

Isyd.

Augus.

Augus.

Ezec. 2

Iac. 4.

Hier. 6.

Mat.25 dum, uidelicet, carmen. Matt. Venite benedicti patris mei, &c. Quid fugiendum, silicet, Væ, hoc est pœnas æternales.

Misericordiæ incitamenta sunt quinque.

PRimum est ipsa natura, quia misericordia est secundum naturã, ut dicit P. Augustinus. Naturaliter miseretur frater fratri, & nos qui fratres sumus in Christo, debemus inuicem misereri. Malach. Nunquid non unus pater omnium nostrum, nũquid non unus deus creuit nos? quare ergo despicit unusquisque proximum suum? Augustinus. Nihil enim tam secundum naturam, quàm iuuare consortem naturæ. Secundum est, quia scriptura docet. Deut. Precipio tibi ut aperias manum tuam fratri tuo egeno, & pauperi. Luc. Estote misericordes, sicut & pater uester celestis misericors est. Et Paulus. Estote inuicẽ benigni misericordes &c. Tertiũ est, quia deo placet. Osee. Misericordiam uolo & non sacrificium &c. Et P. Augustinus. Non est quòd ita deo nos faciat amabiles, ut pietas, quę in tantum ei placuit, quòd ipsa de cęlo cum

Marginal notes: August. — Mala. 2 — August. — Deu. 15 — Luc. 7. — Eph. 4. — Oseæ. 6 — August.

depoſuit, & pauperum redemptorem ſe uẽdidit. Pſal. Propter miſeriam in opum & gentium pauperum nũc exurgam, dicit Dominus. Et Ber. Pro me pendens in ligno, quis huc te adduxit? ſola miſericordia. Quartum eſt, quia diabolo diſplicet. Vnde P. Auguſtinus. De nulla re alia ſic uincitur inimicus diabolus ſicut de miſericordia. Quintum eſt quia homini multum prodeſt. De hac materia require in capitulo de bonis eccleſiæ.

Pſa. II.
Bern.
Auguſ.

Miſericordiam adiuuant quatuor.

PRimum eſt, ut homo ex propria miſeriam alienam intelligat. Eccleſias. Attende quę ſunt proximi ex te ipſo. Prou. Homo indigens miſericors eſt. Et Gregorius. Ex uobis metipſis agnoſcite quomodo oporteat uos aliis miſereri. Et P. Auguſtinus. Boni enim rectores ex ſua infirmitate aliorum infirmitates penſant. Secundum eſt, ut cum ei eleemoſyna petitur, cogitat quis petat, quoniam Deus. Matt. 25. Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Et Hierony. Quotienſcunque manum pauperi extẽderis, Chriſtum cogita. Tertium eſt, quia debet cogi-

Eccle.
Pro. 19
Grego.
Auguſ.
Mat. 25
Hieron.

tare, quid petat Dominus, quoniam
Auguſ. ſuũ. Vnde P. Auguſt. Omne enim bonum noſtrum aut ipſe eſt, aut ab ipſo. Idem dicit tibi Christus, da mihi de eo quod dedi tibi. De meo quæro, & mihi non donas de meo. Da & reddo; habuiſti me largiorem, facito debitorẽ. Quartũ eſt, quia ipſe debet cogitare ꝙ ipſe quãdoq; ab eo habet petere regnũ æternũ, & q modo negat ei modicum panis, negabit ei Deus regnum
Pro, 21 ſuum. Prou. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis clamabit ipſe & non exaudietur. Vnde quidã ſapiẽs, ait. Ne dubites cum magna petas, impendere parua. Hæc ſunt ergo quę miſericordiam adiuuant, quam ſi habuerimus erga pauperes, & nobis etiã
Matt, 5 fiet miſericordia. Beati miſericordes, quoniam miſericordiam &c.

Manſuetudinis incitamenta ſunt duo.

PRimum eſt, quia Deo placet.
Eccl 1 Eccleſiaſticus. Beneplacitum eſt Deo fides, & manſuetudo, & hoc poteſt oſtendi tribus modis. Primus eſt, quia ipſe fuit manſuetus.
Soph. 3 Vnde Sopho. 3. Quęrite dominum omnes manſueti terræ, quęrite iuſtum,

quærite manſuetum. Et Matthæi. 21. Ecce rex tuus uenit tibi manſuetus, &c. Secundus eſt, quia manſuetos exaudit. Vnde Iudith. 9. Humilium, & manſuetorum ſemper tibi placuit depræcatio, &c. Tertius eſt, quia manſuetos ſaluat. Pſal. Cum exurgeret in iudicium Deus, ut ſaluos faceret manſuetos terræ. Item Manſueti autem hereditabunt terram. Secundum incitamentum eſt, quia gratiam proximi acquirit. Eccleſiaſticus. In manſuetudine opera tua perfice, &c.

Mat. 21
Iudit 9.
Pſal. 75
Pſal. 36
Eccl. 6.

Manſuetudo Chriſti in quatuor cognoſcitur.

PRimo, in contumeliis uerborum ad quas fuit Chriſtus manſuetus. Io. Nonne benedicimus nos, quia ſamaritanus es tu, & dæmonium habes? Vnde Chriſtus reſpondit. Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum. Et Pet. Cum malediceretur, non maledicebat, &c. Secundo in rapinis rerum. Io. Acceperunt ueſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes. Tertio in iniuriis corporum. Iſa. ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & apparuit

Io. 8.
1. Pe. 2.
Io. 19.
Iſa. 53.

Hier. 9. ſuum, &c. Et Hieronymus. Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad uictimam, &c. Quarto in beneficiis inimicorum; ipſe autem non ſolum malum pro malo alicui non red-
Mat. 26 didit, ſed & beneficus fuit. Matt. ſeruo principis ſacerdotum auriculam
Luc. 22 reſtituit. Luc. pro crucifixoribus orauit dicens. Pater ignoſce illis, quia ne ſciunt quid faciunt, &c.

Modeſtia duplex.

INterior. Quæ duo facit. Primo reſtringit ſuperfluitatem cogitationum, ad quam inducere debet
Mic. 2 illud Micheæ. Væ qui cogitatis inutile. Secundo reſtringit ſuperfluitatem deſideriorum, ad quam monemur per
1. Ti. 6. Paulum dicentem. Habentes alimēta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. &c. Altera modeſtia eſt exterior quæ quatuor facit. Primò cauet inde-
Pro. 17 centiam in uerbo. Prou. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus, & prudens
Ecc. 21. eſt. Secundo, in riſu, quia immoderatus riſus oſtendit hominem ſtultum. Stultus in riſu exaltat uocem ſuam, uir autem ſapiens uix tacitè ridet. Vn-
Baſilius de. D. Baſilius. Nullum habebit ſucceſſum cordis compunctio, ubi fuerit

immoderatus risus,& iocus. Tertio in motu corporis,& membrorum. Vnde Seneca ait. Si cotinēs es, & animi tui, & corporis motus obserua ne indecori sint. Et Isa. Pro eo quòd eleuatæ sunt filiç Syon, & ambulauerunt extento collo, &c. Prou. Sex sunt quæ odit Dominus, & unum detestatur anima eius, oculos sublimes,&c. Quarto in habitu. Vnde Hieronymus. Ornatus, & sordes pari modo fugienda sunt, quia alterum delitias, alterum gloriam redolet. Et Seneca. Nō splendeat toga, nec sordeat. Et Notandum quòd interior modestia, uel immodestia sępe per exteriorem cognoscitur. Ecclesiast. cor hominis immutat faciē illius siue in bono, siue in malo. Et Hieronymus. Pro signo sunt interioris hominis uerba erumpentia. Gregorius. Intus est custodia, quæ composita seruat exterius membra. Et Xistus. Sermo uanus, conscientiæ uanæ index est, qualis sit homo in mente, uerbositas depingit in ore, &c. Lasciua mens lucet in facie, & secreta cordis motu corporis, & gestibus indicantur. ait D. Hieronymus.

Seneca. Isa. 3. Prou. 6 Hieron. Seneca. Ecc. 13 Hieron. Grego. Xistus. Hieron.

Item. Auaritiam latentem paruulę rei cupido significat.

Munditiæ incitamenta sunt quatuor.

Heb. 12 PRimum est, quia nobis necessaria est. Heb. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam,
Bern. sine qua nemo uidebit Deum. Et Bernardus. Pura ueritas non nisi puro corde uidetur. Et P. Augustinus. Mun-
Augus. dissimo domino munda debetur habitatio. Secundum est, scriptura.
Leu. 11 Leuit. 11. Sancti estote, quoniam ego
Deu. 18 sanctus sum. Et Deut. Perfectus eris,
Petr. 3 & absque macula cum Deo tuo. Et Petrus. Satagite immaculati inueniri,
Isa. 50. &c. Isa. Lauamini mundi estote, &c.
& 52. Et Hieremiæ. 4. Laua à malitia cor
Hier. 4. tuum Hierusalem. Tertium est, quia
Thess. 4 Deo placet. Vnde Paulus. Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra. Quartum est, quia homini multum prodest. de hac materia uide in sequenti capitulo.

Munditiæ bona sunt tria.

PRimum est, quia Deus citius mundos corde, & corpore exau
Augus. dit. Vnde P. Augustinus. Munda

tamen cubiculum cordis, & intus est qui exaudiat. Secundum est, quia per munditiam assimilamur deo. Leu. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, &c. Tertium est, quia ad munditiam, & ad puritatem perducit. Psal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiscet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, &c. Et Matth. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Et D. Bernard. Amplectamur itaque sanctificationem quoniam bona est, quoniam finis eius uita sine fine.

Leu. 10 Psa. 14 Mat. 5 Bern.

Munditiam cordis faciunt & conseruant septem.

PRimum est uerbum Dei. Io. 14. Vos mundi estis propter sermonem meum, quem locutus sum uobis. Valet sermo Dei ad munditiam, quia ostendit maculas cordis. Rom. Per legem enim cognitio peccati, &c. Et Idem. In capite quinto. Lex autem subintrauit, ut abundaret. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia; ut sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per Iesum Christum in uitam æternam. Quid ergo dicemus? permane-

Ioã. 14. Rom. 3 Idem. Cap. 5.

bimus in peccato, ut gratia abundet, absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc uiuemus in illo? Sed peccatum non cognoui nisi per legem, &c. usque reuixit. Secundum

Isyd. est, compunctio cordis. Isydorus. Sicut puluis non potest stare ante faciem uenti, ita nihil malarum cogitationum in anima residere potest, ubi compũctio cordis affuerit. Sola enim est, quæ facit animam horrescere pur puram, desiderare cilicium, amare lacrymas, fugere risum. ipsa sicut ignis omne animæ uitium perurit, & adimit.

Effren. Et Sanctus Effren. Compunctio cordis, sanitas est animæ, & illuminatio mentis, & nobis remissionem peccatorum conquirit. Tertium est, aqua

Psal. 6. lacrymarum de qua abluebat se Dauid, cum dicebat lauabo per singulas noctes lectum, & lacrymis stratum meum rigabo. Bonum est lauare linteamina illius lecti per singulas noctes, in quo tantus hospes iacere debet, silicet Deus. Quartum est frequens confessio. Require in tractatu de confessione. Quintum est, moderata occupatio. Ociosus ueram

Bern. munditiam habere non potest. Bernardus omnium temptationum & cogitationum malarum sentina est ocium. Sextum est, obliuio uel dimissio pro-

priæ

priæ iniuriæ. Septimum est, solicita custodia sensuum. Ecclesias. ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Et Gregorius. Vt enim munda mens in cogitatiōe seruetur, a lasiuia uoluptatis suæ reprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. Et bernardus. Te ipsum solicite custodi, & ut te ipsum custodias, ab omnibus oculos auerte. Ecc.28. Grego. Bernar.

Munditiam desiderare debemus propter quatuor.

PRimo, ut deo assimilemur. Vnde dicitur. Sancti eritis; quoniam ego sanctus sum. Et Bernardus. Amplectamur itaq; sanctificationem quoniam bona est, quoniam finis eius uita sine fine. Secundo ne Christo, qui multo labore & expēsis nos mundauit, iniuriā faciamus. Apoc. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris i sanguine suo. Et Paulus. Qui dedit semetipsum ꝓ nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mūdaret sibi populū acceptabile, &c. Tertio, ne ab ingressu cælestis ciuitatis prohibeamur. Apoc. Nullum coinquinatum introibit in regnum cælorum. Et Paulus caro, & sanguis regnum dei Leui.19 Bernar. Apoc.1 Tit.2. Apo.21 1.Co.15

non possedebunt, &c. Quarto, ut deū
Matt. 5 uidere meremur. Mat. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt.
Augus. Et P. Augustinus. Videbimur te domine, & tanto unusquisque perspicacius, quanto hic uixerit purius.

Ministris Ecclesiæ necessaria est munditia propter quatuor.

PRimum est, quia ipsi sunt ministri dei, & sicut ipse est immaculatus, ita oportet eos esse im-
Psal. 17. maculatos. Vnde Dauid dicebat. Ero
Psa. 100 immaculatus cum eo. Item Ambulans in uia immaculata, &c. Et Pau-
Eph. 1 lus. Elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati, in cōspectu eius in charitate, &c. Et Bernardus Candor enim lucis est
Bernar. sapientia, & candidam oportet esse animam, in qua ipse habitare elegit. Secundum est, quia habent mundare alios, ideo oportet eos esse mundos.
Ecc. 33 Ecclasiasticus. Ab immundo quid mundabitur? Sicut non est calidi frigefacere, nec frigidi calefacere, ita non uidetur immundus mundare im-
Grego. mundos. Vnde Gregorius. Superiectas sordes tergere non ualet manus,

quæ latum tenet. Machab. 4. elegit Mach. 4
Iudas sacerdotes sine macula uoluntatem habentes in lege dei, & munda sancta erunt. Tertium est, quia sunt uasa electionis dei. sic dicitur de Paulo. Vas electionis mihi est iste, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus, & filiis Israel. Act. 9.
Sicut modica macula in sypho regis uinum infusum abhominabile & inutile, quantum ad potum regis redigitur, ita sapientia in multis propter maculam uitæ abhominatur à deo, & ab hominibus.
Gregorius. Cuius uita dispicitur, restat ut eius prædicatio contemnatur. Gregor.
Et Hieronym. Perdit enim auctoritatem docendi, cuius sermo opere destruitur. Hieron.
Et Isydorus. Opprobrium est enim arguere quidquam in alio, quod adhuc reprehendit in seipso. Isydo.
Quartum est, quia sunt oculi ecclesiæ. Psal. Oculi mei languerunt præ inopia, inquam luminis; parua enim oculi macula in oculo magis inutilem reddit, quàm in ceteris mēbris. Psal. 87.
Vnde Gregorius. Nequaquam maculam purè considerat oculus, quem puluis grauat. Grego.

Murmur multiplex.

Luc.7. SVperbiæ. Luc. 7. Videns autem Phariſęus qui uocauerat eum, dixit intra ſe; Hic ſi eſſet *propheta* ſciret utique quę & *qualis eſt mulier* quę tangit eum, quia peccatrix
Io 12. eſt. Eſt murmur auaritiæ. Io. 12. Quare hoc unguentum, &c. Eſt murmur
Mat.20 Inuidiæ. Matth. 20. Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias dicens, &c. Eſt murmur impatientię, uel laboris. Num. 11. Ortus eſt
Nu.11 murmur populi quaſi dolentium pro labore contra dominum, quod cum audiſſet iratus eſt; & accenſus in eos ignis domini deuorauit extremam caſtrorum partem. Eſt murmur de bonis quæ conferimus. Eccleſiaſtic. In
Ec. 18. bonis non des querelam, & in omni dato non des triſtitiam uerbi mali, &c. De talibus argumentum eſt quòd nondum mortui ſunt mundo. Nam quibus mundus mortuus eſt, hi ſuſtinent aduerſitates gaudenter; quibus uero mundus uiuit, hi nequeunt iniurias ſuſtinere. Vnde Beda. Tanto
Beda. amplius quiſque murmurat, & conqueritur de præſentibus eccleſiæ laboribus, quanto minus in ſe deſideria

carnis extrinxit. Est etiam murmur de malis, quę patimur. Sap. 1. Custodite uos à murmuratione, quę nihil prodest. Murmur contra ea quæ Deus facit, nihil prodest homini, imò plurimum nocet. Non enim propter murmur cessat tribulatio; sed quod potuit esse meritorium, propter murmur fit demeritorium, & destruitur homo. Vnde debuit emendari. Vnde Psal. Destruxisti eum ab emundatione, uel emendatione. Sap. 1. Psal. 88.

Murmur fugiendum est propter quinque.

PRimo, propter uerba sacræ scripturæ. Sap. Custodite uos à murmuratione. Et Paulus. Neque murmuraueritis, sicut quidam murmurauerunt, &c. Et iterum omnia facite sine murmuratione. Secundo, propter uindictam, quam dominum sumpsisse in præsenti de peccato isto, legitur. Vnde Maria soror Mosi percussa fuit à Domino lepra propter murmur. Datam & Abirom propter murmur absorti sunt à terra. Propter hoc peccatum, misit Dominus serpentes ignitos in filios Israel. Propter hoc maior pars populi i deserto mortui sunt. Sap. 1. 1. Co. 10 Nu. 15. Nu. 14

Tertio propter exemplum Christi. Isa. 53. Isa. Quasi agnus coram tondentem se obmutescet, &c. Quarto propter exemplum sanctorum. De talibus dicit Gregorius. Non murmur resonat, non querimonia, sed corde tacito &c. Quinto, quia regnum cælorum non dabitur murmurantibus. Gregorius. Regnum cælorum nemo qui murmurat accipit.

Grego.

Grego.

Murmurare non debent claustrales.

PRimo quia claustralis murmurans de cibo uel potu, deficit in ipso principio belli spiritualis, quod est contra gulam, sicut dicit Hieronymus. In pugna Christi prius contra gulam agitur, quia nisi hæc prius refrenetur, frustra contra alia uitia laboratur. Tales uerò ad ignem tribulationis crepant, sicut olla uacua ad ignem posita, uel sicut dolium uacuum de facili sonat, uel soluitur, plenum uero silet. Ex quo apparet satis, quòd aqua diuinæ gratiæ in eis non est. Isti quando deberent deo escam apponere cum grata salsa hilaritatis, iusta uerbum Apostoli, Hilarem datorem diligit deus, ipsi fel

Hieron.

2. Cor. 9

apponunt murmurationis in eius eſcam pro ſalſa. Vbi uerè de eis Dominus dicere poteſt. Dederunt in eſcam meam fel; quaſi non legerint de domino qui cum guſtaſſet acetum felle mixtum noluit bibere. Secundo quia clauſtralis murmurans, omne bonum clauſtri dat pro modico fœno ad corpus iumenti ſui. Omne bonum clauſtri eſt pax. Vnde ſuper illud pſalmi, Pax ſuper iſrael, dicit P. Auguſtinus. Omne bonum uno uerbo dat. Tertio, quia clauſtralis murmurans reſpicit retro cum uxore Loth, & in ſtatuam uertitur. ſtatua uidetur homo, & non eſt, ſic talis uidetur religioſus & non eſt. Quarto, quia clauſtralis murmurans dicitur rota non bene uncta, ſilicet unctione gratiæ, & ideo murmurat ſicut rota carri. Eccleſiaſticus. Præcordia fatui ſicut rota carri. Clauſtralis diſcipulus Chriſti, & Galieni factus eſt. Vnde D. Bernardus Dominus docet ſaluare animas, Galienus, & Hypocras ſaluare corpus cuius conſilio potins acquieſcis, eius citius uis eſſe diſcipulus. Item Puta te monacum eſſe non medicum, nec de complexione iudicandum ſed de profeſſione. Quinto, quia clauſtralis murmurans eſt quaſi fur, quia furatur deo ſuo, & abbati ſuo. Clauſtralis

Pſa. 124
Auguſt.
Ec. 33.
Bernar.
Idem.

non est suus, sed dei, & Abbatis sui, & sui Præpositi. Tali murmuranti dicitur illud Ioannis. Quid ad te, tu me sequere. Sexto quia claustralis murmurans, cęcum sibi ducem constituit, qui eum in foueam pręcipitat frequēter. Ille cęcus est proprius sensus, qui in foueam peccati multos præcipitat. Iam claustrales ita æquè uolunt abundare in uictu & uestitu in præsenti, sicut illi qui nullam aliam retributionem expectant in futuro, quasi pro nihilo reputātes terram desiderabilem, quę eis pro mercede danda est.

Ioan. 21

Murmuris remedia sunt quinque.

Contra murmur auaritiæ, est terrena contemnere. Contra murmur inuidiæ, est proximum diligere. nam qui proximum diligit, de bono eius nūquam dolet. imò quasi de proprio hilarescit. Contra murmur impatiētiæ, est labores Christi, & sanctorum considerare. Nam si passio Christi (ait Gregorius) ad memoriam reuocetur, nihil adeo durum est, quod non æquo animo toleretur. Contra murmur de bonis quæ conferimus, debet esse timor ne mercedem perdat. Quia quod fit cum tedio & mur-

Gregor.

& murmuratione perdit mercedem, quod autem affectu, bono, hoc Deus accipit. ait Isydorus. Contra murmur de malis quæ patimur, est quòd debemus considerare quod Dei sumus ratione creationis, & redemptionis, & ideo murmurare non debemus quicquid de nobis faciat. Quia iuste uēdicat nostrā uitā, qui pro nostra posuit suā. & siue uiuamus, siue moriamur, ait Paulus, domini sumus. Qui ergo refugit ab eo corrigi, nō uult ab eo regi, sicut dicit P. Augustinus. Et licet nos flagellet, scit etiam ut pius & eruditus medicus, quid nobis sit daturus ad consolationem.

Isydo.

Augus.

Mandatorum Dei incitamenta sunt quatuor.

PRimum est, quia ad hoc factus est homo, ut mandata Dei obseruet. Ecclesiasticus. Time dominum & mandata eius serua. Hoc est omnis homo, idest ad hoc factus est omnis homo, si hoc est omnis homo, ergo sine hoc nihil est homo, nihil inquam ualore, prǽterea dignus est morte. Vnde iustissima fuit illa sententia. In quacunque hora comederis morte morieris. Quia homo ad hoc factus erat

Ec. ult.

ut mandata Dei seruaret, & non obseruando dignus erat morte. Sicut quando aliqua res fit ad aliquod opus, & ad illud est inutilis, destruitur.
Bernar. Propterea dicebat D. Bernardus. Dignus plane est morte, qui tibi domine Iesu recusat uiuere. Secundum est, quia obseruatio mandatorum deo multum placet; quod potest uideri duabus rationibus. Prima est, quia obseruatio mandatorum Dei, est signum amicorum eius. Io. 14. Si diligitis me,
Io. 14. mandata mea seruate. Ioannes etiam in sua canonica epist. ait. Hęc est chari
1. Io. 5. tas Dei, ut mandata eius custodiatis. Secunda est, quia obseruatio mandatorum gratissimum sacrificiũ est deo.
1. Re. 15 Vnde in libro Regum dicitur. Nunquid uult Deus holocaustum, aut uictimam, & non potius obedire uoci
Ecc. 35 eius? Ecclesiasticus. Salutare sacrificium est attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate. Salutare uocatur, quia causa est salutis æternæ. Tertium est, quia mandata eius sunt
Mat. 11 leuia. Matt. Iugum enim meum suaue est & onus meum leue. Quartum est, quia sunt utilia. De ijs utilitatibus require in quinto libro cap.

Mendacij species secundum Augustinum sunt octo.

PRima est in doctrina religionis, quæ est contra fidem, uel bonos mores, quę summè fugienda est, ad quam nulla causa quisquam debet adduci. Secunda est, quę nulli prodest & alicui obest. Tertia est, prodest uni, & obest alteri. Quarta est, quæ fit in sola mentiendi, fallendique libidine, quod est merum mendacium, sicut dicit P. Augustinus. Quinta est, quæ fit cupiditate fallẽdi de suaui eloquio. Sexta est, quæ nulli nocet, & alicui prodest ad patiẽtiam eius seruandam. septima est, quæ nulli nocet, & alicui prodest ad uitam corporis seruandã. Octaua est, quæ nulli nocet, & ad hòc prodest ut ab immunditia corporis aliquis tueatur. Tres primæ species sunt mortalia peccata, si cum deliberatione dicantur. Quinque aliæ sunt peccata uenialia, nisi adsit aliqua circunstantia, quæ eas faciat mortalia.

Augus.

Augus.

Mendacium fugiendum est propter quinque.

Eccle.7 PRimo, quia scriptura docet. Ecclesiasticus. Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum. Idem Ne

Idem. accipias faciem aduersus faciem tuã, nec aduersus animam tuam mendacium. Faciem aduersus faciem suam accipit, qui ueritate expulsa à corde suo, quæ est Dei similitudo, falsitatẽ quæ est diaboli facies, assumit. Exod.

Exo.23 Non suscipies uocem mendacij, nec iunges manum tuam, ut pro impio dicas falsum testimonium, &c. Secundo, fugiendum est, quia istud peccatum est diabolicum quia ipse primum

Gen.3. mendacium dixit. Gene.3. Nequaquam moriemini, sederitis sicut Dij scientes bonum & malum, &c. Vnde

Io. 8. apud Ioanem dicitur ipsum esse mendacem & patrem mendacij, quia inuentor est, & ideo pater hominis mendacis, & homo mendax filius est diaboli mendacis per imitationem.

Io. 8. Vnde Io. Vos ex patre diabolo estis & desideria patris uestri uultis facere. Tertio quia hoc peccatum odit Deus. Prou. Sex sunt quæ odit Deus

Prou.6. & septimum detestatur anima eius,

oculos

oculos sublimes, & linguam mendacē. Quarto quia hoc peccatum ualde nociuum est Ecclesiæ Dei. facit enim ut uix alicui fides adhibeatur. Vnde D. Hieronymus. Mendaces faciunt ut uera non credantur. Vnde propter mendacia hominum, multiplicantur iuramenta & periuria. Quinto quia hoc peccatum occidit animam. Vnde Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Hieron.

Psal. 5.

Maledictiones non sunt inferendæ propter tria.

PRimo, quia scriptura docet. Rom. 12. Benedicite, & nolite maledicere &c. Et Petrus. Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed è contrario benedicentes. Secundo exemplo Christi & sanctorum. Petrus ait. Cum malediceretur non maledicebat, &c. Et Paulus. Maledicimus & benedicimus, &c. Tertio propter duo mala quæ ex his sequuntur. Primum est amissio regni Dei. Paulus hoc asserit inquiens. Neque maledici regnū dei possidebunt, &c. Secundum est, quia sæpe maledictio super caput maledicentis reuertitur. Prou. Sicut auis

Ro. 12.

1. Pet. 3.

1. Pet. 2

1. Cor. 4

1. Cor. 6

Pr. 26.

ad alta transuolans,& passer quolibet uadens, sic maledictum frustra prolatum in quempiam superueniet. Glossa. idest, proferentem.

Mali sustinebunt sex mala corporum in inferno.

Isa. 1. DEformitatem. Vnde Isa. Facies combustæ uultus eorum, &c. Ihoel. Omnes uultus re-
Ihoel. 2. digentur in ollam, &c. Naum. Fa-
Nau. 2. cies omnium sicut iugedo ollæ, &c.
Zac. 2. Secundo, ponderositatem. Zach. Iniquitas sedet super talentum plumbi, & semper descendit, submersi sunt quasi plumbum in aquis uehementibus. Et Baruch. Facti sumus subtus &
Baruc. 2 non supra, quia peccauimus deo. Tertio, omnum membrorum infirmi-
Isa. 13. tatem. Isa. omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet & contereturs; tortiones & dolores tenebunt, & quasi parturiens dolebunt. Quarto, æternam capti-
Apo. 14 uitatem. Apoc. Et fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Et Bernardus. Exultati à beati paradisi patria, cruciabuntur in gehẽna æterna, nunquam lucem uisuri, nunquam refrigerium adepturi, sed

millia millium in inferno cruciandi, nec unquam inde liberandi, ubi nec qui torquet aliquando fatigatur, nec qui torquetur moritur. Quinto, mortis immortalitatem. Gregorius erit miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia & mors uiuit, & finis semper incipit, & defectus deficere nescit. Sexto, diuersarum pœnarum acerbitatem. De hac materia require de pœnis inferni. Grego.

Mala, quæ sustinebunt animæ in inferno, multa.

ARdentem conscientiam. Isa. Vermis eorum non morietur & ignis eorum non extinguetur. Et D. Hieronymus Arguet te malitia tua, & aduersio tua increpabit te. Secundo cordis nequitiam contra deum. Apoc. Blasphemauerunt deum cæli & terrę prę doloribus suis & nō egerunt pænitentiam ex operibus suis. Tertio ad proximum inimicitiā. Isa. Vnusquisque ad proximum suum stupebit. Quarto desiderium carentiam. Apoc. Desideria animę tuę discesserunt à te. Et Bernardus: Quid tam pœnale quàm semper uelle quod

Isa. ult. Hiero. Apo. 16 Isa. 13.

nunquam erit? & ſemper nolle quod nunquam non erit? nihil obtinebit quod uult, & quod non uult nihilominus poſſidebit. Quid facient hi qui quęrunt omnes conſolationes ſuas, quando carebunt omni conſolatione? ſicut dicit Bernardus. Quid erit cum ſe uiderit illa miſeranda conditio omni conſolatione nudata? Quinto, inęxtimabilem anguſtiam, quæ tunc maxima erit, ut legitur in Apoc. 16. Et cum manducabunt linguas &c.

Bernar.

Apo.16

Munus triplex.

PRimum eſt oris; munus oris, eſt laus, uel præces carnales. Secundum eſt manus. Munus manus eſt pecunia. Tertium eſt obſequij. Munus obſequij, eſt ſeruitium indebite impenſum, uel acceptum.

Munera non ſunt accipienda propter quinque.

Exo.13 PRimum eſt, quia hominem excęcant. Exo. Non accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes, & ſubuertunt uerba iuſtorum.

Deut.16 Deu. Non accipias perſonam, nec mu

nera, quia munera excęcant oculos, sapientum, &c. Secundum est, quia reddit hominem mutum. Ecclesiasticus. Exenia & dona excęcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correctiones eorum. Vnde Gregorius. Non potest constanter argui à quo aliquid accipitur. Et Isydorus. Acceptio munerum, præuaricatio ueritatis est. Tertium est, quia corrumpunt. Isa. Principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa uiduæ non ingreditur ad eos. Et licet non corrumpantur recipiendo, tamen creditur. Hieronymus. Præsumitur quòd matrona non est casta, quæ cum rogatur, munera accipit. Ita nec iudex munus accipiens, à corruptione immunis iudicatur. Quartum est, quia in seruitutem redigunt. Vnde Paulus. Omnia mihi licent, sed nō omnia expediunt, omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigor potestate. Prou. Qui accipit munus seruus est, &c. Quintum est, quia impediunt siue priuant hominem à melioribus bonis. Vnde Isa. Qui excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aurem suam, ne audiat sanguinem, qui claudit oculos suos, ne uideat malum, iste

Eccl.3. Grego. Isydor. Isa.1. Hiero. 1.Cor.6 Prou.22 Isa.33.

Isydor. in excelsis habitat. Vnde Isydorus. Excute manus tuas ab omni munere si uis in excelsis habitare.

Magnanimitas in tribus consistit.

PRimo, in longitudine longanimitatis, per quam animus futura bona expectat, & præsentia non curat. Psal. Expecta dominum, & uiriliter age, &c. Per hanc se extendit animus semper anterius. Philip. Quæ retro sunt obliuiscens ad ea uero quæ sunt priora extendens me ipsum, &c. Secundo in latitudine charitatis, per quam animus se extendit ad dexteram, & ad sinistram, idest ad amicos, & inimicos. Matt. 5. Diligite inimicos uestros, &c. Tertio in profunditate humilitatis, per quam animus descendit infra se, & coram se. Luc. 13. Qui se humiliat exaltabitur, &c. Et in his tribus est magnitudo animi, de qua dicit Seneca. Magnus animus est cui magno nihil est magnum

Margin notes: Psal. 26. Philip. 3 Matt. 5 Luc. 13. Seneca.

Maria dicitur stella propter quatuor.

PRimo, quia cum magna esset ad modum stellę modica appare bat per humilitatem. Secundo, Luc. 1.
quia sicut stella de nocte lucet, sic beata uirgo lucet his, qui sunt in tene bris peccatorum. Tertio, quia naufragantes huius mundi ad portum salutis dirigit. Vnde ipsa dicit. Ecclesiasticus. In me omnis spes uitæ & uir tutis, &c. Quarto, quia admodum stellæ radios ex se profert, silicet bo norum exemplorum, qui sunt sex. Primus radius est amor solitudinis, qui habetur ex hoc uerbo. Luc. 1. Ingressus Angelus ad eam dixit. Aue gra tia plena dominus tecum. Non es sola, sed dominus tecum. Secundus est, erubescentia, quę insinuatur cum dicitur. Turbata est. Vnde Angelus dixit ei. Ne timeas Maria, &c. Bernard. Solent uirgines semper esse pauidæ, & ut caueant timenda etiam tuta pertimescere. Tertius est, modestia sermonis, ibi, cogitabat qualis esset ista salutatio. Quartus est amor casti tatis, ibi, Quomodo fiet istud quoniam uirum non cognosco, idest me

Eccl. 24

Luc. 1.

Bernar.

cognituram proposui? Ideo dixit ei Angelus. Benedicta tu inter mulieres, ideſt ſuper omnes mulieres. Omnes enim aliæ mulieres maledictæ fue-
Gene.3. runt in matre ſua Eua. Gen. 3. Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore panes filios, & ſub[i]ui ri poteſtate eris, et ipſe dominus tui, &c. Sed tu ſola in mulieribus benedicta. Quintus eſt humilitas, ibi, Ecce ancilla domini. Hieronymus. Dictum eſt ab Angelo gratia plena, et ſic ua-
Luc.1. cuos replet. Sextus eſt, obedientia, ibi. Fiat mihi ſecundum uerbum tuum.

Mariam ſalutare debemus propter quatuor.

PRimo, quia per eam ſalutem inuenimus. Secundo quia ab ea multa beneficia accepimus, ſilicet præcium noſtræ redemptionis.
1.Cor.6 Vnde Paulus. Empti enim eſtis præcio magno, &c. Medicamentum no-
Ecc. 38 ſtræ ægrotationis. Præmium noſtræ
Gen. 15 retributionis. Gen. Ego ero merces magna tua nimis. Tertio propter Angeli exemplum. Si uis uirginem ſalutare, oportet te eſſe Angelum. Require in litera N. & C. Quarto propter

resalutationis lucrum. Nam si eam salutauerimus, non est tam rustica, ut nos sine salutatione dimittat. Ecclesiasticus 41. Erubescite à salutantibus de silentio. Videndum ergo est quomodo salutare debemus. Debemus eam salutare dupliciter, silicet frequenter. Isa. Bene cane, frequenta canticum ut memoria tui sit. Ideo Bernardus. Si insurgunt uenti tentationum, si incurris in scopulos tribulationum, respice stellam, uoca Mariam. In periculis, & angustiis in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat à corde, nõ recedat ab ore. Debemus salutare eam fideliter, silicet corde, ore, & opere, ne possit dicere illud Isaiæ. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. Sed si uolumus ab ea resalutari, oportet his modis salutare. Vnde Bernardus. Vt impetres orationis eius auxilium, ne deseras conuersationis exemplum, ipsam sequaris, non deuias, ipsam rogans, non desperas, ipsam cogitans non erras, &c.

Ecc. 41
Isa. 24.
Bernar.
Isa. 29.
Bernar.

Magnificat homo Deum, siue laudat tripliciter.

Luc. 1. Corde, sic Beata Virgo laudat dominum inquiens. Magnificat anima mea dominum.
Glossa. Vnde Glossa dicit. Quia tanto munere me Dominus sublimauit, ut nullos linguę officio explicare possim, sed totum animi interioris affectum in agendis gratiarum laudes offero totum quod uiuo, quod sentio, quod discerno. Magnificare ergo debemus
Bernar. corde, quia sicut dicit D. Bernardus. Parum prodest sola uoce cantare sine
Augus. cordis intentione. Et P. Augustinus. Si ore clamas, & corde fraudem cogitas, si luisti à laude Dei, & quod grauius est in blasphemiam perexisti.
Isa. 29. Item, Ne nobis dicat illud Isaiæ. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. Secundò debemus Deum magnificare ore. Et hoc dupliciter, primo. Finis magni-
Psal. 33. tudinem nuntiando. Psal. Maguificate dominum mecum; ipsum laudando.
Psal. 68. Psal. Magnificabo eum in laude. Ec-
Ecc. 43. clesiasticus. Benedicentes dominum exultate illum, quam tamen potestis; maior est enim laude, quis magnifi-

cauit eum ſicut eſt ab initio; gratias referendo. Eccleſiaſticus. Danti mihi ſapientiam dabo gloriam. Et demum opere debemus deum laudare. Vnde Matt. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant bona opera ueſtra, &c. Et P. Auguſtinus. Non ſolum igitur uox tua ſonet laudes Dei, ſed & opera concordent cum uoce. cum enim laudatur Deus de bono opere tuo, tunc laudas dominum.

Ec. ult.

Matt. 5.

Auguſ.

Nobilitas duplex.

PRima eſt carnis; de qua non eſt ſuperbiendum propter tria. Primo, quia ut uidemus frequenter, nobilitas carnis aufert nobilitatem mentis, quod indignum eſt. Vnde quidam. Multo indignius eſt mente ſeruire quàm corpore. Hi nanque non ſunt dicendi nobiles, ſed ignobiles; non ſunt dicendi domini, ſed ſerui. De ignobilitate legitur in libro Reg. 2. Dixit dominus ad Heli, abſit hoc, ſed quicunque honorificabit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. de ſeruitute. Rom. 6. Neſcitis quoniam cui exhibetis uos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius, cui obediſtis, ſiue pec-

1. Re. 2.

Rom. 6.

cati ad mortē, siue obeditionis ad iu-
Io. 8. stitiā. et Io. Qui peccatū facit, seruus
Bernar. est peccati. Et Ber. An non seruus cui
Remig. dominatur iniquitas? Et Remigius.
Qui enim seruiunt uitiis, & diabolo,
serui sunt uitiorum & diaboli. Secundo quia omnes sumus ex eodē patre,
& ex eadē matre, geniti uel ꝓcreati.
Nō legitur dominū fecisse unū Adam
argenteum unde homines esset nobiles, & unū de terra, unde essent ignobiles, sed unum tantum fecit, & illum
luteum, ex quo omnes exiuimus. Vnde siquis ex hoc solū nobilis est, quia
ex nobilibus parentibus ortus est, aut
omnes nobiles erimus, aut ignobiles.
Mala. 2 Vnde Malach. Nunquid non pater unus omnium nostrorum? Nunquid
non Deus unus creauit nos? quare ergo unusquisque despicit fratrem suum? Tertio, quia nobilitas ista nil
aliud est quàm antiquæ diuitiæ, sicut
Augus. dicit P. Augustinus & Philosophus.
Omnia ista longa ueritas miscuit, &
sursum & deorsum fortuna uersatur.
Augus. Et P. Augustinus. Neminem regem
nisi ex seruis oriūdum esse scimus, neminem seruum nisi ex regibus. Secunda nobilitas est animi, & hęc sola no-
Hieron. bilitas est. Vnde Hieronymus. Nobilitatem ueram esse animum genero-
Seneca. sum dicitur. Et Seneca. Quis est ge-

nerosus

nerosus & ad uirtutes bene compositus?& hæc nobilitas dicitur gratuita, idest gratia Dei data, silicet, quando aliquis gratia Dei custoditur, ne mali turpitudini seruiat. Vnde Tullius. Hic liber exstimandus est, q nulli turpitudini seruit. De hac enim gloriandum est. Vnde sapiens. De illa nobilitate glorieris, quæ filios Dei, & coheredes facit. Tunc ille nobilis est si peccata & uitia deserit, & uirtutes animi, inquantum potest, custodit. Tullius.

Nobilitatis ueræ signa sunt quinque.

PRimum est liberalitas. Vnde Deus, qui liberalissimns est, ideo liberalissimus, quia nobilissimus est, & quia nobilissimus est, ipse est liberalissimus, quia non solū sua dedit, sed & semetipsum, non solum suis seruientibus, sed etiam hostibus. Matt. Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Si ergo liberalitas est signum ueræ nobilitatis, eius contrarium est rapacitas, quod est signum magnæ rusticitatis. ergo rusticissimi sunt qui auferunt bona pauperum. Secundum est gratitudo, Matt. 5

ſiue recognitio beneficiorum, & per contrarium ingratitudo, ſiue beneficiorum non recognitio, ſignum eſt ruſticitatis. Vnde patet quòd illi qui nobiles reputantur, qui deum inhonorant, qui eos præ ceteris honorifi cauit, ruſticiſſimi ſunt. Tertium eſt manſuetudo & miſericordia in inferioribus. Vnde Seneca. Nullum maius ſignum in omnibus quàm regem & principem decet clementia. Vnde in ſignum manſuetudinis Reges Chriſtiani inunguntur, per contratrium ergo crudelitas in inferioribus ſiue in ſubiectis, ſignum eſt ruſticitatis.

Seneca.

Quartum eſt, timere opprobrium ſeruitutis. Vnde D.Hieronymus. Nobilitas grauis eſt generoſus auimus. Sed multi qui nobiles dicuntur non timent peſſimam ſeruitutem uitiorum & dęmonum, in qua ſæpe pro nihilo ſubiiciuntur. Vnde Remigius. Qui enim ſeruiunt uitiis & diabolo, ſerui ſunt uitiorum, & diaboli. Ex quo patet non nobiles, ſed ruſticos, non dominos, ſed ſeruos eſſe. Quintum eſt cordis magnitudo, quo quis modica contemnit, & magna appetit. Econtrario magna ruſticitas eſt amorem ſuum in modicis ponere, & magna negligere. Vnde patet dominas illas, quæ potius ponunt amorem

Hiero.

Remig.

suum in uno misero milite quàm in rege gloriæ, uerè nobiles non esse. Sic & de milite, qui ponit amorem suum in misera muliere, uel in terra, contempto regno cælorum.

Negligentiam docet nos fugere tria.

PRimum est scriptura. Hieremias. Maledictus qui facit opus Dei negligenter, uel fraudolenter. Et Gregorius. Diabolus enim nō potest appropinquare homini, uel ei temptationes inferre, nisi se gesserit negligenter. Secundum est, cura quam habent mali circa ea de quibus intēdunt, sicut legitur de Herode. Diligenter didicit tempus stellæ. & subditur. Ite, & interrogate diligenter de puero, &c. Vnde Cassiodorus. Vtinam ita seruirent homines deo pro cælorum regno, sicut seruiunt homini pro beneficio terreno. Tertium est sublimitas personarum coram quibus negligentia talis committitur, quia coram deo & angelis eius. Magna diligentia habenda est in psallendo, & in aliis operibus quæ spiritualiter fiunt coram deo. Vnde Psal. Quoniam omnis terra deus psallat sapien-

Hie. 48.
Grego.
Matt. 2
Cassio.
Psal. 46

ter, &c. ne psallendo immunda cogitemus,& tunc fœtorem pro odore
Bernar. Deo offeramus. Vnde Bernardus. Immunda & inutilia in corde uersando, fœtorem horribilem aspectibus eius ingero. Item Psallendum est sapienter propter præsentiam angelo-
Psal. 90 rum. Psal. Angelis suis deus mandauit de te, &c. Auscultant tanquã amici
Psa. 137 Angeli psallentes. Vnde Psal. In conspectu Angelorum psallam tibi, &c.
Bernar. Et Bernar. loquens de Angelis dicit. Solicite discurrũt medij inter nos & deum, gemitus nostros fideliter portantes ad dominum, ipsius gratiam nobis deuotissimè reportantes, &c.

Negligentiæ remedia sunt duo.

Eccl. 7. PRimum est timor Dei. Ecclesiasticus. Qui timet dominum, nihil negligit. Secundum est
Grego. amor, Gregorius. Amor Dei nunquam est ociosus, operatur enim magna si est, si autem operari renuit
Bernar. amor non est. Et Bernardus ait. O bone Iesu, non est amor tuus ociosus, qui te diligunt, non tepescunt.

Obedientiæ incitamenta sunt quinque.

PRimum est scriptura. Rom. 13. Ro. 13.
omnis anima potestatibus subli
mioribus subdita sit. Ephe. filij Eph. 6
obedite parentibus uestris. Heb. obe Heb. 13
dite præpositis uestris, & subiacete eis. ipsi enim peruigilant quasi ratio nem reddituri pro animabus uestris.
Et Bernardus. Disce homo obedire, Bernar.
disce terra subdi, disce puluis obtem
perare. Secundum est creaturæ. Matt. Mat. 8
Quis est hic, quia & uenti, & mare
obediunt ei? Ambrosius. Non est me- Ambr.
diocris pudor animi, imperio Dei insensibilia elementa parere, & homines non obedire, quibus sensus ab ipso tributus est. Tertium est doctrina Christi, hanc enim docuit ueniens
in mundum. Io. Descendi de cælo Io. 6.
(inquit) non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem patris mei, qui
misit me, &c. Item Meus cibus est ut Io. 3.
faciam uoluntatem patris mei, &c.
Et hoc dixit manens in mundo. Item Io. 5.
transiens in mundum. Matt. Non si- Mat. 26
cut ego uolo, sed sicut tu. Io. sicut Io. 15.
mandatum dedit mihi pater, sic facio.
Christus igitur ne perderet obedien-

tiam, perdidit uitam. Quartum est, bona quę ex obedientia oriuntur. de hac materia, uide in sequenti cap. Quintum est, mala que ex in obedientia proueniunt. Et de hac materia uide in cap. de inobedientia, &c.

Obedientia quinque bona facit.

PRimum est quia obedientia impetrat à deo quod postulat. Gregorius. Si obedientes fuerimus præpositis nostris, obedit Deus orationibus nostris. Et P. Augustinus. Citius exauditur una oratio obedientis, quàm decem millia contemptoris. Io. Si cor nostrum non reprehendit nos fiduciam habemus ad dominum, quod quicquid petierimus accipiemus, &c. Secundum, est quia obedientia hominem seruum dei facit. Matt. Non omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit uoluntatem patris mei, &c. Magna securitas est habere deum omnipotentem. Vnde Ambrosius. Mori non timeo quia bonum dominum habeo. Psal. Beatus cuius est Dominus deus eius, &c. Tertium, quia de inimicis triumphat. Prou. Testis mendax peribit, uir obe-

Grego. Augus. 1. Io. 3. Matt. 7. Ambr. Psa. 143 Prou. 21

diēns loquetur uictorias. Testis mendax est qui professus est obediētiam, & eam non seruat, qui in pręsenti perit dum in bello spirituali succumbit; in futuro peribit, quia æternaliter damnabitur. Quartum est, quia animam custodit & conseruat in bono statu. Prou. Qui custodit obedientem custodit animā suā. Glossa. Obedientē merito custodit Deus tanquā suum. Ecclesiasticus. Qui custodit mandatum, non patietur quidquam mali. Et Bernardus. Obedientia dirigit gressus nostros, & sanctæ conuersationis promeretur gratiam. Quintum est, quia liberat hominem à malis æternis. Prou. Verbnm custodiens filius extra perditionem erit. Idem. Qui autem me audierit absq; timore erit, & abūdantia perfruetur.

Prou.19 Glossa Eccle.8 Bernar. Prou.29 Idē, I.1

Obedientiæ gradus sunt quinque.

PRimus est obedire libenter. Exod. 35. Iste est sermo quem præcipit deus, omnis uoluntarius & pro animo offerat primitias domino. Ecclesiasticus. In omni dato hilarem fac uultum tuum, &c. Nam hilarem datorem diligit deus. Et Bernardus. Nubilosa corporis cōpositio, & facies tristitiæ turbinis obfuscata

Exo.35 Ecc.35 I.Cor.9 Bernar.

deuotionem ab anima receſſiſſe ſignì ficat. Secundus eſt, obedire ſimpliciter, ideſt non cautè intendere ad ea quæ ſibi placent. Vnde Bernardus. Quiſquis occultè ſatagit ut quòd uult ipſe hoc ei prælatus iniungat, ipſe ſe ſeducit, ſi forte ſibi quaſi obedientia blandiatur, neque enim in ea ipſe prælato, ſed magis ei prælatus obedit. Ad ſimplicitatem obedientiæ pertinet non iudicare, quid, uel quare, ſed eſſe ſicut monet. Pſal. Auditu auris, obedit mihi, &c. Tertius eſt uelociter obedire, ad exemplum Petri, & Andreæ, qui continuò relictis retibus,& naui ſecuti ſunt dominum. Nam uelociter currit ſermo Dei, & uelocē deſiderat habere ſequentem. Fidelis obediens neſcit moras, dicit D. Bernardus. Quartus eſt, uiriliter adimplere mandata. Vnde D. Bernardus. Super illud, Manum tuam miſiſti àd fortia, ait. Agendum eſt inſtanter, & conſtanter obediendum. Pſal. uiriliter age confortetur cor tuum, & ſuſtine dominum. Quintus eſt humiliter obedire. Luc. Cū feceritis omnia quæ præcepta ſunt uobis, &c. Et P. Auguſtinus. Obedientia niſi humilium eſſe poteſt.

Bernar. Pſal.17. Pſa.142 Bernar. Bernar. Pſal.26. Luc.17. Auguſ.

Obe-

Obedientiæ aduersantur duo.

PRimum est proprius sensus. Vnde exemplum relinquendi propriũ sensum dedit nobis Christus a matre sua in templo inuentus. Descendit cum eis, & erat subditus illis. Bernardus. Quis non erubescit obstinatus esse in consilio suo, quando suum sapientia ipsa deseruit? Secũdum est propria uoluntas. De hac materia require in cap. de propria uoluntate.

Luc. 2.
Bernar.

Orationis incitamenta sunt quatuor.

PRimum est scriptura, Ecclesiasticus. Non impediaris orare semper. Hieronymus. Clama ad me & exaudiam te. Luc. Petite & dabitur uobis. Et Pater Augustinus ait. Non tantum hortaretur ut peteremus, nisi dare uellet; erubescat humana pigritia; plus uult ille dare, quàm nos accipere; plus uult ille misereri, quàm nos a miseria liberari. Secundum potest esse exemplum sanctorum & Christi. Tertium debet esse

Ecc. 18
Hie. 33.
Luc. 6.
Augus.

dignitas angelorum, orationes nostras deo offerentium; sicut Angelus Thobiæ dixit. Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos per noctem, ego obtuli orationem tuam domino, &c. Vnde D. Bernardus. Credimus sanctos Angelos astare orationibus, offerre deo præces & uota hominum, ubi sine ira, & disceptatione leuari puras manus perspexerint. Quartum bona quæ ex oratione proueniunt. de hac materia require in sequenti capitulo.

Tob. 12
Bernar.

Orationis bona sunt tria.

PRimum est quòd oratio sanat infirmitatem animæ & corporis. Ecclesiasticus. Fili in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora dominum & curabit te. Habetur exemplum de Ezechia, &c. Iac. ultimo. Oratio fidei saluabit infirmum. Et Hieronymus oratione pestes mentis sanantur. Et Isydorus. Frequens oratio uitiorum impugnationem extinguit. Secundum est, quia demones fugat. Matt. Hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi in oratione & ieiunio, &c. Ambrosius, Psalmi & orationes demones fugant. Et Isydorus.

Ecc. 18.
Iac. ult.
Hieron.
Isydo.
Mat. 27.
Mar. 9.
Ambr.
Isydor.

Dęmones oratione uincuntur. Tertium est, quia confortat. Luc. Positis genibus orabat dicens, pater, &c. subditur. Apparuit autem illi angelus confortans eum, &c. Luc. 22.

Orationis impedimenta sunt septem.

PRimum est peccatum orantis. Isa. Cum multiplicaueritis orationes uestras, non exaudiam. manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Psal. Iniquitatem si aspexi in corde meo, nō exaudiet & dominus. Gregorius. Qui à pręceptis dei uertitur quod in oratione postulat non meretur. Secundum est, orantis dubietas. Iacobi. 1. postulet in fide nihil hæsitans, &c. Bernardus. Indignus benedictione cælesti esse conuincitur, qui deū dubio quęrit affectu. Et Isydorus. Inaniter oramus, si spei fiduciam non habemus. Tertium est terrenarum occupatio. Vnde Gregorius. Fit autem sępe ut qui terrena substantia occupatur, orationi non quantum deberet inuigilet. Et Isydorus. Lōge enim a deo est animus qui in oratione cogitationibus seculi fuerit implicatus. Quartum est indignitas

Isa. 1. Psal. Gregor. Iac. 1. Bernar. Isydo. Grego. Isydo.

Hiero. 7 & 11. eius pro quo oratur. Hiero. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiā
Idē. 15. te. Idem. Si steterit Moyses & Samuel coram me non est anima mea ad populum istum. Quintum est *durities.* quę duplex est, prima *est in pauperes.* Prou. Qui obturat aurem suam ad cla
Prou. 21 morem pauperum, & ipse clamabit & non exaudietur. Secunda ad eos qui offendunt. Cum aliquis non uult
Ecc. 29 dimittere ei. Ecclesiasticus. Homo homini seruat iram, & à deo quęrit medelam. In homine similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecabitur. Ipse dum caro sit reseruat iram, et propitiationē petit à deo. Quis orabit pro delictis illius? Idem ait. Relinque proximo tuo no-
Idē. 28. centi tibi, & tunc depræcanti tibi peccata soluentur. Isydorus. Qualem uis erga te ipsum esse deum cum
Isydor. delictorum ueniam poscis, talem te exhibere debes his qui deliquerunt in te. Sextum est paruitas desiderij. Vnde P. Augustinus. Seruat tibi Deus
Augus. quod non uult cito dare, ut tu discas magna magnè desiderare: dilatio desiderij rem desideratam commendat. Idem P. Augustinus, Si aliquando Dominus tardius dat, commēdat da-

ri,non negat. Diu desiderata dulcius obtinentur; cito autem data uilescũt. septimum est,defectus perseuerantiæ in orando. Luc. 11. Et ille si perseuerauerit pulsans, dico uobis, & si non dabit illi surgens eò quòd amicus eius sit propter improbitatem tamen eius, surget & dabit illi quot quot habebit necessaria. Et P. Augustinus. Si non est amota oratio securus est de misericordia dei. Luc. 11. Luc. 11. Augus.

Orandum est quadrupliciter.

PRimo attentè. Petrus Apostolus hoc docet. Vigilate in orationibus. Super q̃bus uerbis dicit Glossa. Ne animus cogitet p̃ter id solum quod præcatur. Potius orandum est corde, quàm ore tantum. Exemplum est de Anna, quæ corde suo loquebatur, & uox illius penitus non audiebatur. Isydorus ad hanc sententiam benedicit. Oratio cordis est, non labiorum, neque uerba depræcantis deus intendit, sed orantis cor aspicit. Vnde Saluator orare nos instruens dicebat. Orantes autem nolite multum loqui, &c. Propterea dicebat P. Augustinus. Quando oras dominum, pietate opus est, non uer- Pet. ult Glossa 1.Re. 5. Matt. 6. Augus.

bositate. Multum loqui ethnicorum est, quibus non uult seruator nos assimilari, ne in multiloquio nos exaudiri arbitremur; cum sciat Pater noster cælestis, quid opus sit nobis antequam petamus. Secundo cum desiderio. Deut. Cum quæsieris dominum deum tuum, inuenies eum si tamen eum toto corde quæsieris. Hiere. Cum quæsieris me in toto corde uestro inueniar à uobis. Vnde Gregorius. Æternam uitam si ore petimus, nec tamen corde desideramus, clamantes tacemus. Magnitudo desiderij est clamor quem deus exaudit. Et P. Augustinus. Nemo de pietate dei diffidat, quoniam maior est misericordia eius, miseria nostra, & quisquis ad eum toto corde clamauerit, exaudiet eum, quoniam misericors est. Tertio cum gemitu & lacrymis. Isa. 38. Audiui orationem tuam, & uidi lacrymam tuam. Exo. Audiui gemitus eorum. Et Psal. Auribus percipe lacrymas meas. Vnde Glossa dicit. Quæ lacrymæ uiolentæ sunt in precibus. Et Bernardus. O humilis lacryma tuum est regnum, tua est potentia: aspectum iudicis non uereris inimicis accusantibus silentium imponis; sola intras ad regem, sed non sola recedis; uincis inuincibilem; & ligas

Mat. 6 | Deut. 4. | Hiere. | Gregor. | Augus. | Isa 38. | Exo. 2. | Psal. 38. | Bernar.

omnipotentem. Quarto orandum eſt humiliter. Pſal. reſpexit in oratione humilium. Sicut legitur de Publicano, & de Canançe catello ſe comparante. Vnde Iudith. dicebat. Neque ſuperbi ab initio placuerunt tibi, ſed ſemper tibi placuit humiliũ & mãſuetorũ depręcatio. Et Eccle. Oratio humiliãtis ſe nubes penetrabit, &c. Sed hodie cõtrario modo mulieres agunt, cum.n. ad eccleſiam uadunt, ſtudioſius ſe ornant, cum tunc ſe magis humiliare deberent, ſicut Iudith, & Heſter, & Niniuitę fecerunt, qui ſe ſaccis induerunt. Vnde D. Ambroſius. Qui enim uult audiri, inclinare ſe debet à mota pompa, ut miſericordiam dei prouocet. Habitus enim ſuperbus nec impetrat, nec recta de ſe facit credi.

Pſa. 101

Iudith. 9

Eccl. 35

Ambr.

Oranti duo ſunt neceſſaria, ut exaudiatur.

PRimum eſt ut beneuiuat. Et ut aliquis beneuiuat, tria neceſſaria ſunt. Primo, ut opere compleat, quæ Deus præcipit. Io. 9. Scimus quòd Deus peccatores non exaudit ſed ſi quis dei cultor eſt, & uoluntatem eius facit, hunc exaudit. Et Iſydorus. Si id quod Deus pręcipit

Io. 9.

Iſydo.

facimus, id quod petimus sine dubio obtinebimus. Secundo, ut munditiam cordis diligat. Io. 3. Si cor nostrum non reprehēderit nos fiduciam &c. Et P. Augustinus. Munda tuum cubiculum cordis, & intus est qui exaudiat. Et Hieronymus. Intellige o homo, quia nisi pura conscientia deprœceris, à deo prorsus non exaudieris. Tertio, ut affectus suos puros custodiat. Vnde P. Augustinus. Nihil ita deū inclinat ad pietatē & misericordiā quēadmodū pius mentis affectus. Secundū quod est necessarium, est ut iusta petat. Tria nanque petere debemus primū est à præteritis peccatis ueniam. Ecclesiasti. Ne adiicias peccatum super peccatum, sed de pristinis deprecare ut tibi dimittantur. Secundum est à præsentibus malis tutelam. Matt. Vigilate & orate ut non intretis in tentationem. Psal. Custodi me ut pupillam oculi tui, &c. Tertium est à futuris periculis cautelam. Luc. Vigilate omni tempore orantes, ut digni, &c.

1.Io.3.
Augus.
Hiero.
Augus.
Eccl. 5.
Mat 27
Psa. 16.
Luc. 21

Oratio facit sex bona.

Diabolum fugat, de hac materia uide supra in secundo cap. de oratione. Secundo Veniam impe-

impetrat. 2. Reg. 12. Dixitq; Dauid. 2.Re. 12
Peccaui domino, cui dictum fuerat. Dominus transtulit peccatum tuum non morieris, &c. Ecclesiasticus oratio humiliantis se nubes penetrat, &c. Vitam ad perpetuam prolongat Isa. Audiui orationem, &c. Tollit opprobrium. Tob. 3. Ad hanc uocem perrexit, &c. usq;, ut ab illo improperio liberaret eam. Impetrat gratiam ad benefaciendum. Sic publicanus per humilem orationem, descendit iustificatus in domum suam. Pius enim mentis affectus inclinat deum ad pietatem & misericordiam. Oratio docet quid faciendum. Vnde Paulus. Nam quid oremus sicut oportet. dicit Remigius. Plerunque dum uolumus bona petere, petimus contraria. Sicut Paulus qui petebat auferri stimulum carnis, si enim exaudiretur forsitan in reuelationum magnitudinem se extolleret, & in lapsum caderet. Sed ipse spiritus sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Dicit Ambrosius. Qui si quando fideles aliquid petunt contra salutē suā per ignorantiam non per iactantiam, spiritus sanctus qui unius substantiæ est cum patre & filio, interponit se in medio inter nos & deum patrem, & postulat pro nobis quæ utilia sunt,

Ecc. 35. Isa. 38. Tob. 3. Luc. Rom. 8. Remig. Ambr.

non cum pulsu aeris, neque cum sonitu, uel strepitu uocis, sed inenarrabiliter sicut conuenit eius diuinitati, quia æqualis & consubstantialis est deo patri.

Ornatus superbus, & curiosus fugiendus est propter quinque.

Eccl. 11 PRimo, quia sacra scriptura docet. Ecclesiasticus. In uestitu ne glorieris unquam nec in die ortus tui exultabis. Et Petrus etiā docet quomodo debeant esse mulieres; non nimis ornate &c. Paulus etiam ait. Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus. Vnde Glossa. contenti tegumento non debemus quęrere ornamentum. Et P. Augustinus. Veste purpurea tibi circūdetur nō ad pulcritudinem sed ad necessarium tegumentum, ne, dum exquisitis uestiris, alteram turpitudinem assumas. Et Cyprianus. Serico & purpura indutę, Christum induere non possunt; auro & magaritis & monilibus ornatæ, ornamenta cordis & corporis perdiderunt. Secundo, quia deo displicet. Et hoc ostenditur in plasmatione hominis. Voluit enim

Pet. 3. Tim. 7. Glossa. Augus. Cypria.

Dominus præciosum spiritum sub uili sacco carnis abscondere. Vnde non est uerisimile quòd uoluerit corpus quod est uile, præciosum tegumentum habere. ideo parentibus nostris post peccatum tunicas pelliceas fecit. Vnde D. Bernardus. Queritur, non quod utilius, sed quod subtilius inuenitur, non quod frigus expellat, sed quòd superbire compellat. Tertio quia diabolo placet, & hoc potest ostēdi duabus rationibus. Prima est, quia ornatus superbus, est signum diabolicę subiectionis. Vnde Gregorius. Euidentissimum Signū reproborum est superbia, humilitas electorum. Secunda est, quia mulier bene ornata, est esca & hamus diaboli. Vnde Ecclesiastic. Inueni amariorem morte mulierem. sanctus Ambrosius. Forma feminea laqueus est diaboli. Quarto, quia magna stultitia est acquiescere huic uitio. De hac materia require in capitulo quarto. Quinto, propter culpam quæ ex superbo prouenit. Vide in sequenti capitulo.

Bernar.

Gregor.

Eccl.12

Ambr.

Ornatum superbum culpabilem reddunt quatuor.

Luc. 11. PRimum est præciositas. Luc. Habetur exemplum de diuite purpurato. Vnde Glossa. super illud ait. Si cultus præciosarũ uestiũ culpa non esset, sermo domini non tã uigilanter exprimeret, quòd diues purpura & bysso indutus apud inferos torqueretur. Gregorius. Nemo preciosa uestimenta nisi ad inanem gloriam querit, ut honorabilior ceteris uideatur. Secundum est molities. Vnde Matt. Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt. Vnde etiam Bernardus. Erubescibilis est uiro religioso manifesta curiositas, quæ etiam caputiari appetit ne uilescat. Quid ad nos de magnis caputiis, uel cucullis albis, si mentes non dealbemus? certe dicet nobis Dominus. Væ uobis hypocritę, quia similes estis sepulcris dealbatis. Qui.n. splendida diligit, humiles cogitationes habere non potest. mollia nanque indumenta indicant etiam animi mollitiem. Tertium est extranietas, scilicet, ut sint aliis dissimiles. Sopho. Visitabo super omnes qui induti sunt

Margin notes: Grego. (beside "ros torqueretur"); Mat. 11 (beside "uestiuntur"); Bernar. (beside "est uiro"); Soph. 1. (beside "cet, ut sint").

uefte peregrina. Quartum eft fuperfluitas, quæ duplex poteft effe, filicet quo ad magnitudinem;ut in longis caudis terram induentibus,& uiā fcopantibus & de nuditate Chrifti in pauperibus nō curantes, quibus caudis pulices colligūt,& puluerē hominibus mouent.Secundo quo ad multitudinem; contra eos, qui uolunt habere diuerfa paria ueftium, & potius uolunt eas à tineis comedi, quàm Chriftum in pauperibus indui. Vnde Iacobus ait contra iftos. Agite nunc diuites, plorate ululantes in miferijs ueftris quæ aduenīēt uobis; diuitiæ ueftræ putrefactæ funt, & ueftimenta ueftra a tineis comefta funt; aurum & argentum ueftrum eruginauit, &c. De hoc uide in capitulo de Auaritia. Ifa.5.

Ornatum lectorum diſſuadent nobis tria.

PRimum eft maledictio quæ daturi per prophetam Amos. Væ qui dormiunt in lectis eburneis. Secundum eft confideratio lecti domini, filicet, crucis. Vnde P. Auguftinus. Lectum fuum dimifit Chriftus difcipulis fuis, cum illo in Amo.6. Auguf.

isto iaceat lecto, moriatur in cruce, si uult crucifixum placatum uidere, crucẽ intelligo totam uitam eius cruciatu plenam. Si ergo Christi lectus est sancta crux, superbus profecto minister est, cui non sufficit lectus domini sui. Tertium est timor lecti infernalis. Vnde Isa. Sub ter te ster-
2, 14 netur tinea, & operimentum tuum erunt uermes. Qui non possunt sustinere pullices, quomodo sustinebunt
Iob. 6. uermes? Qui timet pruinam irruet super eum nix, dicit patientissimus Iob.

Ornatus superbi stultitiæ sunt quatuor.

PRima est, quia exteriora sua uilia, interioribus, quæ praeciosa sunt præponunt. Similes illis qui paraturam pomi, ipsi pomo prę-ferunt; & cooperturam torselli ipsi torsello. isti nanque magis exteriora quàm interiora habere cupiunt. Et tamen Diabolus non curat de exterioribus sed de interioribus, de quibus
Gene. 14 illis non est curæ. Da mihi animas cetera tolle tibi, dicitur in Genesi. Secunda est, quia cum morte damnati sint, & iam ad illam ducantur, plus

cogitant tamen de ornatu corporum quàm de liberatione animarũ. Quod omnes ad morté quotidie curramus, præter rei experiẽtiã infinitæ sunt doctorũ sentẽtiæ. quãuis nesciamus quã do, & ubi, aut quomodo, certissima est mors, sed eius hora nos latet: uerum est, quòd nos ubiq; expectat, ut cum ceteris nostrum diem claudat ultimum. Tertia est, quia ipsi turpitudinem suam detegunt, quando eam tegere deberent. Vident superbum eorum ornatum, malam opinionem habent de eis. Vnde Glossa super illud Tim.2. Non in tortis crinibus, &c. superbus habitus nõ recta de se facit credi. Ecclesiasticus. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis nuntiant de illo. quia gestus corporis signum est mentis corruptæ. sicut nux si relinquat corticem ante tempus, signum est interioris corruptionis, sic Christianus si non habeat exterius habitum, quem Christiana religio requirit, signum est quòd uirtus alicuius peccati intus lateat. Quarta est, quia ipsi præferunt sapiẽtiam suam sapientiæ dei, uolentes facies suas contra naturam mutare, quã eis naturaliter dominus dederat. Imò quòd plus est, facies peccatorum, quæ sunt facies demonum, superin-

1.Tim.2

Eccl.19

duunt. Psal. facies peccatorum fumiEccle.4 tis. Non attendentes illud Ecclesiasti
ci. Non accipies faciem aduersus faciem tuam. Hi nanque imaginem
Mat.25 dei contemnunt, alias assumentes imagines. Et merito Deus eos despiciet, & in die necessitatis nũ agnoscet eos dicens. Amen dico uobis nescio uos.
Psal.27. Vnde super illud Psalmi. Domine in ciuitate tuam imaginem ipsorum ad nihilum rediges, &c. dicit Glossa. Merito imaginem illorum ad nihilũ rediget Deus in cælesti ciuitate, quia illi imaginem ipsius ad nihilum redigerunt. Qua ergo fiducia rogat quis dominum, si eum deus non agnoscit.
Isydo. Qua fiducia (ait Isydorus) ad cælos erigit uultus quos conditor non agnoscit?

Ociositas fugienda est propter quatuor.

Primo, quia ociũ est locus diabo
Luc.14. li. Sic dicit, reuertar in domum meam unde exiui. Propterea di-
Ehpe.4. cebat Paulus. Nolite locum dare diabolo, &c. Apud hominem occupatum non habet diabolus locum, ubi
Seneca. possit esse. quia sicut dicit Seneca. Res perfectè occupata non habet lo-

cum alterius rei, nec illius eſt capax. Propterea dicebat D. Hieronymus. ſemper aliquid boni operis facito, ut te diabolus inueniat occupatum. Ex hoc enim qui aliquis diabolo locum facit, iam omni loco indignus eſt, prȩter inferno, qui proprius locus ocioſi eſt, ſicut diaboli. Quòd ſit po teſt oſtendi. Conſtat quòd ocioſus in cælo non recipitur, quia cȩlum eſt merces eorum tantum, qui operantur. Sicut dicitur. Voca operarios tuos, & redde illis mercedem, &c. Ocioſus indignus eſt & in mundo iſto eſſe. Propterea in Euangelio figuraliter dicitur de ficulnea. Succide eam, ut quid enim terram occupat? reſtat ergo quòd ſolo inferno digni ſint. Secundum eſt, quia ocioſus brutis animalibus inferiorem ſe ponit, quia eis licitum eſt comedere, quòd non eſt ocioſo ſine labore. Vnde dicebat Paulus. Siquis non uult operari non manducet. Ad hanc intentionẽ loquebatur Eccleſiaſticus. Melior eſt canis uiuus leone mortuo. leo mortuus eſt aliquis magnus ſuperbus, qui per totum diem ſtat ocioſus, cui prȩualet canis uiuus ideſt aliquis ſtrenue operans. Tertio, qui ocioſus ſe exponit ſine defenſione hoſtibus ſuis. Eſt enim ſicut caſtrũ ſine muro. Eze.

Hieron. Mat. 20 Luc. 13. Teſſ. 3. Ecc. 10

Aſcendam ad terram abſque muro;
Veniam ad quieſcentes, & habitantes ſecurè. Verbum eſt diaboli, homo uero occupatus eſt uelut castrum
Auguſ. bene clauſum. Vnde P. Auguſtinus. Non facilè capitur à tentatione, qui bono uacat exercitio. Quarto propter multa mala quæ ex hoc uitio ori
Eccl. 33 untur. Vnde Eccleſiaſticus. Multa
Bernar. mala docuit ocioſitas. Et Bernardus. Omnium temptationum & cogitationum malarum & inutilium ſentina eſt ocium: in ſentina nauium recipiuntur ſordes, ſic cor ocioſi quaſi omnes ſordes uitiorum recipit. Sed uide ſequentia.

Ocioſitatis mala ſunt quatuor.

PRimum eſt Luxuria. Exemplum Dauidis habetur, qui dum occupatus fuit bellis, continens fuit, tempore uero ocij adulterium cōmiſit. Vnde Quidā Poeta ait. Queritur
Eze. 16 Egiſtus quare ſit factus adulter? in prō ptu cauſa eſt. deſidioſus erat. Et Eze. Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuę. Superbia, ſaturitas panis, & abundantia, & ocium ipſius. Secundum eſt uerboſitas & curioſitas, &
Bernar. etiam nugæ. Bernandus. Ocioſitas

est mater nugarum. Tertium est; egestas. Prou. Propter frigus & pigritiã arare noluit, mendicabit ergo estatem, &c. Idem. egestatem operata est manus remissa, manus uerò fortis, &c. Quartum est mortificatio conscientiæ. Prou. Peragrum hominis pigri transiui, & peruineam uiri stulti, & ecce totum repleuerant urticę, & operuerant superficiẽ eius spinę, & materia lapidum destructa erat. Vnde sapiens. Ocia nullus amet, nisi sint coniuncta labori; nam nimia requie mortificatur homo. Quæcunque potest manus sua instanter operare, &c. dicit Ecclesiasticus. Quinta est, superbia. Psal. In labore hominum non sunt, &c. Vnde sequitur. Ideo tenuit eos superbia.

Pro. 20. Idẽ. 10. Pro. 24 Eccl 9. Psa. 72.

Obseruatio mandatorum dei quinque bona facit.

PRimum est, quia obseruatio mãdatorum dei amicitiam & societatem dei acquirit, quam diu aliquis mandata dei custodit, & obseruat, deum habet secum, & etiam in se ipso. Io. Qui diligit me, sermonem meum seruabit, & ad eum ueniemus & mansionem apud eum facie

Io. 14.

Idẽ. 15. mus. Idem. Vos amici mei estis si feceritis quæ præcipio uobis, &c. Secundum est, quia orationes exau-
1. Io. 3. dire facit. Io. carissimi si cor nostrũ non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad dominum, & quicquid petierimus ab eo, accipiemus, &c. Ideo nõ uult deus hominem audire in oratiõe, quia homo nõ uult eũ audire
Prou. 29 in mandatorum obseruatione. Prou. Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius execrabilis erit, &c.
Isydo. Et Isydorus. Si enim id quod Deus pręcipit faciamus, id quod petimus sine dubio obtinebimus. Tertium est, quia hominem à malo custodit, silicet
Ecc. 8. culpæ & pœnæ. Ecclesiast. Qui custodit præceptum, non experietur quic
Prou. 40 quam mali. Vnde B. Augustinus. Mor
Eccl. 12 te mala mori non potest qui bonam
Augus. duxerit uitam. Quartum est, quia hominem à morte æterna defendit. Io.
Io. 8. si quis sermonem meum seruauerit mortem non gustabit in æternum. Quintum est, quia hominem ad cælestem uitam introducit. Matt. Si uis
Mat. 19. ad uitam ingredi, serua mandata. Luc.
Luc. 11. Beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud. Psal.
Psal. 18. In custodiendis illis retributio multa, &c.

Onus quinculpex.

PRimum eſt, onus culpæ. Pſal. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meũ, ſicut onus graue grauatæ, ſunt ſuper me. Verè onus qui nec firmamentum potuit ſuſtinere. Luc. Videbam Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem, &c. Vnde Paulus. Deponentes omne pondus, &c. Hæc onera imponunt dæmones. Exod. Itẽ ad onera ueſtra luti, & lateris, &c. Hoc onus tripliciter portatur, ſilicet, oratione ſicut dixit Saul ad Samuelem. Nunc quęſo porta peccatum meum. Num. Tu & filij tui, & domus patris tui, portabitis iniquitatem ſanctuarij, &c. Leuit. Cur non comeditis hoſtiam pro peccato? quod de prælatis intelligitur. Item Compaſſione uera. Vnde Paulus. Quis infirmatur, & ego non infirmor? &c. Item Conſolatione. Gall. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, &c. Secundum eſt, onus pœnæ. Matt. Alligant enim onera grauia & importabilia, digito autem ſuo nolunt ea

Pſal. 37
Luc. 10
Heb. 12.
Exo. 5.
Reg. 15
Nu. 18.
Leu. 10.
1. Co. 11
Gall. 6.
Mat. 23.

mouere, &c. Hæc onera portat pro Christo charitas, quæ omnia suffert. Hæc onera portantur pro defunctis, ut pro illis satisfaciant, sicut & Christus onera nostra portauit. Vnde Petrus. Peccata nostra, id est pœnam pro peccatis pertulit in corpore suo super lignum. Tertium est onus morum incompositorum. Matt. 9. O generatio incredula usquequo patiar uos? Hieronymus. Vos estis onus meum, proiiciam quippe uos. Quartum est, necessitatis, quòd est pauperes suscipere, egenos pascere, infirmitates fratrum patienter sustinere. Quintum est solicitudinis id est onus prælatorum, qui sunt uelut iumenta spiritus sancti portantes onera fratrũ & congregationum suarum amore spiritus sancti, in quo onere debemus & nos adiuuare eos. Vnde Num. 11. Et auferam de spiritu tuo, tradamq; eis ut sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris, &c.

1. Pet. 2. Matt. 9. Hier. 23. Nu. 11.

Pacem debemus habere cum tribus.

Io. 16. PRimo, cum deo. Io. 16. In mundo præsuram habebitis, in me autem pacem. Ad quam habendam tria

ſunt neceſſaria. Primo ut deum timeat. Eccleſiaſticus. Corona ſapientię, timor dominum replens pacem, & ſalutis fructum. Item in eodem. Timor domini expellit peccatum, &c. Secundum eſt, ut in deum totam ſuam ſpem habeat. Iſaias. Facies pacem nobis, qui in te ſperauimus. Tertium eſt, ut mandatis eius obediat. Iſa. Vtinam attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet quaſi fluuium pax tua. Et Iob. Acquieſce ei, & habeto pacem. Secundo debemus habere pacem cũ proximo. Rom. Si fieri poteſt cum omnibus pacem habentes. Ad quam habendam tria ſunt neceſſaria. Primũ eſt ut nihil terrenum appetat. Qui enim terrena, & honores quærunt pacem habere non poſſunt. Bernar. Dum quęrunt homines gloriam, pacem turbant. Nihil ergo appetamus in hoc ſeculo ſi uolumus habere pacem cum Chriſto, ſicut dicit Gregorius. Si homo in hoc ſeculo nil appetat, nihil eſt, quod charitati proximi contradicat. Secundum eſt ut nulli iniuriam faciat. Cor. Nemini dantes ullam offenſionem. Pſal. Pax multa diligentibus legem, & Lex domini eſt, ut quæ uolumus fieri nobis, aliis faciamus. Tertium eſt, ut omnibus benefaciat. Rom. Gloria, honor, &

Ecc. 1.
Idē. 1.
Iſa. 26.
Iſa. 44.
Iob. 22.
Ro. 12.
Bernar.
Gregor.
2. Cor. 2
Pſa. 118
Rom. 2.

pax homini operanti bonum. Tertio, debemus habere pacem cum nobis ipsis. Ad quam habendam quatuor sunt necessaria. Primum est ut uoluntatem suam diuinæ uoluntati studeat
Luc. 2. conformare. Luc. In terra pax hominibus bonæ uoluntatis. qui enim uoluntati dei subiectus est, subiecta ha-
Augus. bet omnia. Vnde P. Augustinus. Qui iugo dei subiectus est, subiecta habet cetera, & non laborat, quia non resistit quod subiectum est. Secundum est, frequentatio humilis confessio-
Isa. 57. nis. Isa. Creaui fructum labiorum pacem. Tertium est, ut non se intromittat de non pertinentibus ad se;
Bernar. quia sicut dicit D. Bernardus. Dilatio
Pro. 18. solet habere scissuram. Prou. Quis se iactat & dilatat iurgia concitat. De dilatione reprehenditur Petrus à do-
Io. ult. mino dicente. Quid ad te tu me sequere. Quartum est, ut sensus suos
Eccl. 28. diligenter custodiat. Ecclesiasticus. Ori tuo facito ostia, & seras auribus
Isa. 26. tuis. Isa. Claude ostia tua super te. Discipuli domini ostia habebant clausa, quando dominus dixit eis pax uobis.

Pacis

Pacis incitamenta sunt quatuor.

PRimum est scriptura. Rom. quę pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt in inuicem cu stodiamus. Idem .12. Si fieri potest quòd ex uobis est cum omnibus pacem habentes. Ephe. Soliciti serua te unitatem spiritus in uinculo pacis. Secundum, fuerunt angeli; Luc. Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Tertium, Christus; Matt. Intrantes domum salutate eam dicentes pax huic domui. Et Io. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Quartum est, quia homini multum prodest. Vide in sequenti capitulo.

Rom 14
Rom. 12
Ephe. 4.
Luc. 2.
Mat. 10
Io. 13.

Pacis bona sunt quatuor.

PRimum est, quia qui habet pacem, omnia bona habet. Vnde super Israel dixit Glossa. Vno uerbo omnia bona dicit, quia uerò pacem non habet infelix est. Psal. contritio & infelicitas in uiis eorum, & uiam pacis non cognouerunt. Secundum est, quia Deus habitat in quo est

Psa. 13

Psa.65. Psal. In pace factus est locus eius, &
2.Co.ul. habitatio. Et Paulus. Pacem habete
1.Co.14 & deus pacis erit uobiscum. Idem.
Non est discensionis deus, sed pacis.
Tertium est, quia mentem hominis
illuminat, ut clarius se cognoscat, qđ
potest cognosci per eius oppositum,
sicut dicit Gregorius. Aqua turbata
Augus. non reddit imagines, sic cor turbatum non clare uidet. P. Augustinus.
Pacem diffiniens dixit quòd Pax est
societas dei, tranquillitas animi, &
serenitas mentis. Quartum est, ꝙ
Isa.ult. pax præsens arra est futuræ pacis. Isa.
ultimo erit sabbatum ex sabbato &c.

Pacis incitamenta sunt tria.

PRimum est, occupatio terrenorum. Tim. Nemo militans deo
1.Ti.2. implicat se negociis secularibus. Isydorus. Nunquam mentis requiem habet, qui curis terrenis se
Isydo. subdit. Secundum est, familiaritas
Hieron. multorum. Vnde Hieronymus. Abscide à te familiaritates multorum,
ne mens tua in perturbatione fiat, &
quietem dissipet, &c. Tertium est,
Bernar. ambitio honorum. Vnde D. Bernardus. Dum usurpant homines gloriã,
turbant pacem, quia dicit Dominus.

Gloriam meam alteri nõ dabo. Idem. O stulti filij Adam qui contemnitis pacem, gloriam appetentes, pacem & gloriam perditis. Et Isydorus. Si uis esse quietus, nihil seculi appetas, & semper requiem mentis habebis. Isydo.

Patientiæ incitamenta sunt tria.

PRimum est, admonitio sacræ scripturæ. Ephe. Obsecro uos in domino, ut dignè ambuletis uocatione qua uocati estis cum omni humilitate, & patentia. Thess. Patientes estote ad omnes. Tim. Homo dei sectare patientiam. Iac. Patientes estote ad omnes fratres usque ad aduentum domini, &c. Secundum quia homini necessaria est. Vnde Paulus ad Hebreos ait. Patientia uobis necessaria est, ut uoluntatem dei facientes reportetis promissionem, &c. Et est necessaria propter tria. Primo, quia patientia armatura nostra est in bello spirituali; quia sicut homo in bello materiali indiget armis, sic in bello spirituali. Vnde Ephe. 5. Induite uos armatura dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli, &c. Secundo, quia ipsa est radix omniũ uirtutũ. Vnde dicit. Glossa. super illud Luc. In patien- Ephe. 4. Thess. Tim. 6 Isa. 5. Heb. 10. Ephe. 5 Luc. 21

tia uestra possidebitis animas uestras. Patientia est custos, & radix omnium uirtutum. Ideo dicitur radix, quia sicut radix plantam portat cum ramis suis, & in fructu, ita patientia portat omnia onera, quę sibi imponuntur. Tertio, quia ualde efficax est ad quærendum cælum. Hieronymus. Non nisi patientia impletur quod dicitur regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Vnde cum in aliis beatitudinibus fiat promissio in futuro, patientibus tantum in præsenti. Matt. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Tertium incitamentum est, bona quæ ex patientia oriuntur. Sed de hac materia require in sequenti capitulo. ubi bona sex notantur.

Hiero. Mat. 11.

Patientiæ bona sunt sex.

PRimum est, quia iram dei & proximi mitigat. Prou. 25. In patiētia lenietur princeps, lingua mollis confringet duritiam. Prou. Vir iracundus prouocat rixas, qui autem patiens est mitigat suscitatas. Secundum est, quia hominem quasi martyrem facit. Gregorius. Sine ferro,

Prou. 25

uel flammis martyres esse possumus, si patientiam in animo ueraciter conseruamus. Tertium est, quia patientia sapientiam hominis probat. Prou. Doctrina uiri per patientiam noscitur. Prou.19
Prou. Qui patiens est multa gubernatur sapientia. Prou.14
Gregorius. Tanto quis ostenditur minus doctus, quanto minus patiens conuincitur. Grego.
Quartum est, quia ipsam animam perficit. Iac. Patientiam opus perfectum habet. dicit Glossa. Cuius patientia non uincitur, perfectus probatur. Gregorius. Grego.
De patientia perfectio nascitur, quia patientia uitam hominis feliciter cõsumat, & facit ne uir iustus in tormẽtis deficiat. Quintum est, quia dęmones fugat. Exemplum habetur de quodam eremita, quòd cum quidam homo malo spiritu arreptus, eum fortiter in maxilla percussisset, & senex mox alteram præbuisset, diabolus statim recessit. Sextum est, quia regnum cælorum parat. Matt. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum cælorum. Matt.5
Et Augu. Pacificus homo consortium merebitur angelorum. Inuidus aũt particeps efficitur dęmoniorum. August.
Bernar. Quãto quis fortior fuerit ad iniurias sustinendas, tãto potentior constituetur in regno. Bernar.

Patientia adiuuant sex.

PRimum est, oratio. Vnde Dominus, appropinquante passione, discipulos monuit ad orandum.
Mat. 26 Matt. Vigilate & orate ne intretis in
Esa. 19. tentationem, &c. Isa. *Clamabunt* ad dominum à facie tribulantis, &
Iac. ult. mittet eis saluatorem. Iac. ultimo. Tristatur aliquis uestrum oret æquo animo & psallat. Secundum est exemplum malorum, qui tot & tanta patiũtur, ut peccata sua perficiant, qui cotidianis cruciatibus merẽtur ęternum
Eccle. 1 cruciatum. Ecclesiasticus. Via peccantium complantata lapidibus, & in fine illius inferi, & tenebræ, & pœ-
Sap. 5. næ. & Sap. Lassati sumus in uia iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus uias difficiles &c. libenter ergo debent sustinere boni pro uita bona, quæ sustinent mali pro pœna æterna. Tertium est, exemplum illorum, qui pro terrenis lucris, uel pro sani-
Iac. 5 tate corporis tot & tãta sustinẽt. Iac. 5. Ecce agricola expectat præciosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneũ & serotinũ, patientes estote & uos cõfirmate corda uestra, quoniam aduentus domi-
Chriso. ni appropinquabit. Vnde Chrisost. sicut n. tẽpestates pelagi nautis, ulnera

militibus, frigora & glacies agricultoribus leuia & portabilia sunt ꝓpter spem pręmij tẽporalis, multo magis cum cælum placeat debet sentiri periculum. Item pro sanitate corporis. dicit Pater Augustinus. Cum pro ista temporali uita ac salute multa horrẽda homines mirabiliter sufferunt, satis nos admoneat, quanta sufferenda sint pro uita ista, ut etiam postea possit esse ęterna. Quartum est exemplum bonorum. Iac. 5. Exemplum accipite exitus mali, & longanimitatis laboris & patientię, propter ipsos qui locuti sunt in nomine domini, ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt, sufferentiam Iob audistis, & finem domini uidistis. Vnde Gregorius. Facta præcedentium patrum consideramus, & non erunt grauia quæ toleramus. Nullus enim sanctorum absque patientia coronatus est. Quintum est, exemplum Christi. patientia enim Christi est quasi quoddam scutum cordiũ nostrorum. Trẽ. 3. Dabis eis domine scutũ cordis laborem tuum. Vnde Heb. 12. Recogitate eũ qui talem sustinuit à peccatoribus aduersos semetipsũ cõtradictionẽ ut non fatigemini animis uestris. Et Ber. Vide ne per impatiẽtiã ꝑ eas, sed uniuersa sustine ꝓ deo quia maiora

Augus. Iac. 5. Grego. Tren. 3. Heb. 12 Bernar.

pro te sustinuit. Sextum est, si con-
Gene.42 sideremus ea, quæ facimus. Vnde
Gene. Merito hæc patimur quia pec
cauimus in fratrem nostrum. Sic dice
Mich. 6 bant fratres Ioseph. Miche.6. Irã do-
Grego. mini portabo, quia peccaui ei. Gre-
gorius. Tunc illata conuicia bene to-
leramus, cum in secreto mentis ad
mala perpetrata recurrimus, & non
Isydo. solum ea quæ fecimus, sed etiam ea
quæ meruimus. Vnde Isydorus cogi-
tans hoc dicebat. Penso malum quod
gessi non est tantum quod patior,
grauior est culpa quam feci, minor
uindicta quam perfero. Et notandum
quòd aliquis moleste portat quæ non
meruit dicens. Si meruissem non susti
nuissem nec sustinerem moleste. Dico
quia talis potius uult esse similis la-
tronibus quàm sanctis. latrones enim
patiuntur ea quę sustinent propter
culpam suam. Sancti uero sine culpa.
Vnde Petrus. Hæc est gratia si pro-
1.Pet.2. pter dei conscientiam sustinet, quis
tristitiam patiens iniuste; quæ enim
gratia est, si peccantes, & collaphizati
sufferțis? sed si patienter benefacien-
Idem.4 tes sustinetis, hæc est gratia apud
Deum. Idem. 4. Si exprobramur in
1. Idē.4 nomine Christi beati erimus. Idem.
Nemo nostrum patiatur ut homici-
da, aut fur, aut maledictus, aut ali-

enorum appetitor, si autem ut Christianus non erubescam, &c.

Patientia in tribus cognoscitur.

PRimo in contumeliis uerborum, in quibus benè patientia cognoscitur, sicut Gregorius dicit. Qualis quisque intus lateat, illata contumelia probat. Quæ toleranda sunt tribus de causis. Prima est, quia tunc magis uituperat facientem contumeliam. Vnde Hieronymus. Apud Christianos non est miser qui patitur contumeliam, sed qui facit. Secunda est, quia tunc maculę illius qui maledicitur per linguam detractoris obsterguntur. Vnde Gregorius. Id circo Dominus linguas detractorum in electos laxat. ut si quid in eis elationis surrexerit, lingua detractoris eradat. multum uilipendit Dominus malos, quando de lingua eorum facit absterforium sordium bonis. Prou. 11. Qui stultus est seruiet sapienti. Tertia est, quia sæpe mala in bonis opprobria in honorem conuertuntur, sicut legitur de Dauide. Dixit Dauid cum semel ei malediceret, dimitte eum ut iuxta præceptum domini, si fortè respiciat Dominus af-

Gregor. Hiere. Gregor Prou. 11 2. Re. 16

flictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac
Glossa. hodierna. Vnde Glossa super hoc dicit, Qui uerborum contumeliis præssus uirtutem patientiæ seruare nõ suf ficit, factum Domino ad memoriam
Mat. 5. reuocet. Et Matt. Beati eritis cum maledixerint uobis homines, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes, &c. Secundo in molestiis cor
Mat. 5. porum. Matt. siquis percusserit te in dexteram maxillam tuam, præbe ei &
Matt. 5. alteram. Tertio in damnis rerũ. Matt. Qui uult contendere tecum, & tunicam tuam tollere, præbes ei & paliũ. De hac patientia Apostolus commen
Heb. 10 dat quosdam ad Heb. dicens. Rapinam bonorum nostrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes uos habere meliorem, & maiorẽ substantiam, &c.

Patientia duplex.

PRima est seruilis, quando aliquis timore disciplinę, uel causa erubescentiæ sustinet asperitatẽ & disciplinam religionis, & nõ amore dei. Et hæc non est patientia, si
Gregor cut dicit Greg. Patientia uera est, quę & ipsum amat, quem portat; nã tolerasse, & odisse nõ est uirtus mãsuetudi

nis, sed uelamen furoris, & hæc solet esse cum murmure propter defectum unctionis gratiæ, sicut rota plaustri murmurat cum uncta non est. Ecclesiasticus. 33. Precordia stulti quasi. R. C. Secunda patientia est, libera, silicet quæ libenter sustinet omnia amore dei. Unde Paulus. Tribulationẽ patimur, sed non angustiamur, silicet per impatientiam. Act. 5. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, &c. Et hæc est uera patientia de qua dicebat Paulus ad Heb. Patientia enim uobis necessaria est, &c. 2. Co. 4. Act. 5. Heb. 10

Perseuerantiæ bona sunt quinque.

PRimũ est, quòd impetrat à deo quod postulat. Luc. Si perseuerauerit pulsans, & si non dabit ei, eo ꝙ amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget & dabit ei quot quot habet necessarios. Gregor. Quæsiuit Maria Magdalenæ prius, & minime inuenit, pseuerauit ut quæreret, unde contingit ut inueniret. Secundum est, quòd perseuerantia bona acquisita custodit, sicut imperseuerantia destruit. Prou. Qui mollis & dissolutus est i opere suo, frater est sua Luc. 11 Gregor. Pro. 18.

Gregor. opera dissipantis. Vnde Gregorius. Incassum quippe bonum agitur, si ante terminũ uitæ deseratur. Et quòd
Augus. bona acquisita custodiat, P. Augustin. dicit. Perseuerantia magnum donum dei est, quo dona cetera conseruantur. Tertium est, quòd difficilia &
Bernar. aspera, suauia & facilia facit. Bernardus. Subito procedenti de umbra ad solem, de ocio ad laborem, graue esse cernitur quod incipit, sed postquã ab his dissuescere cæperit, usus tollit difficultatem, inuenitque facile esse quod impossibile esse putauit. Quartum est, quòd sola perseuerantia me-
Apoc. 2. retur coronam uitæ æternæ. Apoc. Esto fidelis usque ad mortem & dabo
Bernar. tibi coronam uitę. Et D. Bernardus. Stude perseuerantiæ quæ sola coronatur.

Paupertatis incitamenta sunt quatuor.

PRimum est, quia Deus eam amat. Et hoc potest ostendi quinque rationibus. Prima est, quia Deus eã elegit. uoluit.n. esse pauper
Luc. 2. in natiuitate, sicut dicit Luc. Et pãnis eũ inuoluit, & reclinauit eũ in presepio, quia non erat ei locus in diuer-

ſorium. Vnde D. Bernardus. Hanc itaque filius dei concupiſcens, deſcendit ut eam eligeret ſibi, & nobis quoque ſua exiſtimatione faceret prætio ſam. In uita quoque pauper fuit. ſicut Legitur in Matthęo. Qui miſit ad piſcandum pro tributo ſoluendo. Vnde dicit ibi Gloſſa. Tantę fuit paupertatis ut unde tributum daret, non haberet. In morte etiam fuit pauper quia propriis ueſtibus expoliatus. Vnde dixerat. Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos, filius autem hominis non habet ubi reclinet caput ſuum, &c. Vnde D. Bernardus. Volue & reuolue omnem Saluatoris uitam ab utero uirginis, uſque ad patibulum crucis, & non iuuenies in eo niſi ſtigmata paupertatis. Secunda quia propter pauperes uenit in mundum. Pſal. Propter miſeriam inopum & gemitum pauperũ nunc exurgam dicit Dominus. Et Luc. Euangelizare pauperibus miſit me. Tertia quia ſocietatem pauperum elegit. Iac. 2. Non nè elegit deus pauperes in hoc mundo? Vnde Gregorius. Hos elegit Deus, quos deſpicit mundus. Et ideo Saluator paupertatem comendare uolens, & paupertatem profiteri oſtendens dixit. Omnis qui non renunciáuerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt

Bernar. Met 18. Gloſſa. Luc. 9. Bernar. Pſal. 11. Luc. 4. Iac. 2. Luc. 4. Gregor. Luc. 14.

meus esse discipulus. Quarta est, quia
Psal. 9. pauperes exaudit. Psal. Et Desiderium pauperum exaudiuit Dominus Ec
Ecc.22. cle. Deprecatio pauperis ex ore usq; ad aures perueniet. Quinta est, q̃a eos
Psal. 71 saluat. Psal. Parcet pauperi, & inopi,
2. Re.22 &c. Et in Regum libro populum Pauperem saluum facies. Secundum incitamentum est, quia paupertas est
Grego. expedita. Vnde Gregor. liberius ad patriam tendimus, quia quasi pondere in uia caremus. Diuitię enim pondus
Grego. sunt sicut dicit idem Pontifex Grego. Terrena nanque substantia æternæ uitę comparata, pondus est & non sub-
Augus. sidium. Vnde P. Augustinus. Qui mihi onus diuitiarum abstulit, me ad currendum citius expediuit. Tertium est,
Grego. quia paupertas secura est. Vnde Gregorius. Qui nihil in mũdo habet quod perdat, nihil est in mundo quod pertimescat. Magna tranquillitas & securitas mentis est, nihil in mundo possidere, quàm tranquillitatem facit paupertas, quæ uoluntariè sustinetur. Quartũ est, quia ad diuitias æternas
Matt 5. perducit. Matt. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cæ-
Mat. 19 lorum, &c. Idem seruator dicebat ad discipulos suos. Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplũ accipietis, & uitam æternam posside-

bitis. Vnde Bernardus. Meritò relinquentes omnia propter Christum, sicut & ipse reliquit omnia propter ipsos, sequuntur eum quocunque ierit. Bernar.

Prudentiæ incitamenta sunt quinque.

PRimum est, scriptura. Matt. Estote prudentes sicut serpentes, &c. Et Petrus. Estote prudentes & uigilate in orationibus. Prou. Acquire prudentiam quia preciosior est auro. Secundum est animalia irrationabilia, uelut serpentes, & formicæ: Vnde Seneca. Non pigeat ab animalibus exiguis trahere mores. Et ut dictũ est modo supra. dicebat seruator. Estote prudentes sicut serpentes. Et Prou. Vade ad formicam piger, &c. Tertium est, quia dominum letificat. Prou. filius sapiens lætificat patrem. Idem. Acceptus est regi minister intelligens. Ecclesiasticus Homo prudens placebit magnatibus. Quartum est, quia hominem in bono conseruat. Prou. si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit, consilium custodiet te, & prudentia seruabit te.

Mat. 10 1 Pet. 4. Pro. 16. Seneca. Matt. 5. Prou 6. Pro. 10. Pro. 14. Eccl. 20 Prou. 2.

Prudentiæ ſpeties ſunt quatuor.

Baruc. 2 PRima eſt terrena, quæ pertinet ad diuitias. Baruch. 2. filij Agar quærunt prudentiam quæ de
Rom. 8. terra eſt. Secunda eſt carnalis. Rom. Prudentia carnis mors eſt. ideſt, cau-
Gloſſa. ſa mortis æternæ. Vnde dicit Gloſſa. Prudentia carnis eſt, cum quis ſtudioſius implet quæ carnis ſunt. Tertia eſt diabolica pertinens ad malitiam, uel ad honores. Diabolus primum diuinitatem appetiit, poſtea malignè
Hie. 4. homini inuidit. Hiere. ſapientes ſunt ut faciant mala, benè autem facere
Iac. 3. negligunt. De his tribus ſpetiebus tã git Iacobus dicens. Non eſt ſapiẽtia iſta de ſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica, &c. Sapientia enim huius mundi ſtultitia eſt apud deum. Et nota quòd mors oſtendit ſapientiam iſtam eſſe ſtultitiam triplici ratione. Prima eſt, cum ille qui tantum in congregatione diuitiarum laborauit, nudus in terra poni-
Iob. 1. tur. Iob. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Secunda eſt, cum caro delitiis enutrita, uermibus in eſcam datur. Tertia cum illę, qui uoluit eſſe ſuper alios,

alios, sub terra ponitur, & ab hominibus, & bestiis conculcatur. Quarta species prudentiæ, est spiritualis. de qua Chrisostomus dicit. Est sapientia secundum eloquia dei uiuere. Et Iob. Timor domini est sapientia, & recedere à malo intelligentia. Chriso. Iob.28.

Præsumptionis species sunt quatuor.

PRima est, quandò aliquis coram suis maioribus, uel æqualibus, siue melioribus præsumit, quòd illi non præsumunt. Ecclesiasticus. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Idem. Adolescés loquere in causa tua uix, si interrogatus bis fueris, habet caput tuum responsum. Idem. loqui in medio magnatorum non præsumas, & ubi sunt senes, non multum loquaris. Secunda est, quando quis præsumit de quo præsumendum non est. Vt cum aliquis præsumit de uiribus suis, uel de amicis carnalibus, uel de diuitiis, uel de aliqua gratia. Conscriptum sit. Prou. ultimo. Fallax gratia & uana est pulcritudo, &c. Fallax gratia simulatorum, qui laudem quærunt; et uana est pulcritudo, idest uanus decor Ecc.32 Idé. 32. Idé. 32. Pro. ultimo.

operis stultorum, qui se hominibus ostentare intendunt. Nō debet superbire de gratia aliqua; quia homo potest bona naturalia, siue accidentalia habere tam ad malum quàm ad bonū

Hier. 17 suum. Vnde Hierem. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & domino recedit cor eius. Tertia est, quando aliquis præsumit ante tempus, ut qui præsumit de uictoria, qui adhuc est

3. Re. 20 in pugna 3. Reg. 20. Ne glorietur accinctus æquè ut discinctus: & uocat gloriam accinctum illum qui adhuc est in armis, & in acie, discintum uero qui uictor est, iam arma deposuit. Ad hanc speciem pertinet quando quis præsumit de perfectione, qui adhuc est in inchoatione. quantumcunque enim quis profecerit, debet putare se incipientem. Sicut Apost. qui

Phill. 3 dicebat. Quæ retro sunt obliuiscens, ad anteriora me extendo. Vnde Grego. Gregorius. Si autem à bonis inchoatis nolumus lassescere, necesse est ut semper credamus ea nos inchoare. Nemo ergo de se, ante se, de opere, nemo de tempore extollere debet: quia si iam ad fidem uocatus est, utrum perenni regno dignus sit nescit. Quarta est, quando quis præsumit quod est super uires, sicut cum præsumit quod exi-

bit de peccato quando uoluerit, quæ promissio multos perdidit. Ecclesiasticus. Repromissio nequissima multos perdidit dirigentes, & commouit illos quasi fluctus maris. Vnde Gregorius. Quisque de se minime præsumat. quid enim sit hodie aspicimus, sed quid cras futurum sit, unusquisque nescimus. Ecc. 29 Grego.

Præsumptio fugienda est propter tria.

SEd primo uidendum est, quid sit præsumptio. Præsũptio est, quãdo aliquis in cogitatione sua ratione æqua aliis se præponit. Et hæc est superbia, quæ uenit ex ignorantia sui. Vnde Ber. De ignorãtia tua uenit in te superbia; sic autem superbia parit tibi ignorantiam, cum meliorem quàm sis, decepta deceptrix tua cogitatio te esse mentitur. Quod deceptrix cogitatio talium sit decepta, potest cognosci per signa dicta à quodam Sancto dicente. Signa extollentium se in uiribus suis, sunt ista; Bernar.

Indidignari citò.

Velle statuere propriam uoluntatem.

Litigare in sermonibus. Quod uitium fugiẽdum est propter tria. Primò quia

præsumenti de se, auxilium dei subtrahitur; quo subtracto in bono non proficit, & tandem in malum corruit.
Iudit. 6 Iudith. 6. Domine Deus cæli & terræ intuere superbiam illorum, & respice nostram humilitatem, & sanctorum faciem attende, & ostende quia non derelinquis præsumentes de te; & præsumentes de se, & de sua uirtute gloriantes, humilias. Ideo sæpe Dominus permittit cadere uiros sanctos, & in aliquod graue peccatum & manifestum, ne de se præsumant. Vnde
Augus. P. Augustinus. Audeo dicere, utile est superbos cadere in aliquod mortale peccatum apertum & manifestũ, unde sibi displiceat, qui sibi iam placendo ceciderunt. salubrius enim Petrus quãdo fleuit sibi displicuit, quàm quando placuit cum præsumpsit. Secundo, quia quanto magis se præsumtuosus appræciat, tanto minus appræ
1. Re. 15 ciatur à deo. Exemplum habetur de Saule, ad quem dixit Samuel. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? &c. & sequitur. Pro eo ergo quod abiecisti sermonem domini, abiecit te do-
Grego. minus ne sis rex. Vnde Gregorius. Quanto eris gloriosior in oculis tuis, tãto coram deo & angelis eris uilior. Tertio, quia ille qui despicit proximũ

ſuum aliqua ratione, deſpicit deum. Prou. Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius, &c. Sicut diſplicet artifici cũ deſpicitur opus ſuum. Pro. 14

Præſumptionis remedia ſunt tria.

PRimum eſt incertitudo, quam habent homines in præſenti de bonitate ſua, uel aliena. Eccl. Neſcit homo utrũ amore, an odio dignus ſit. Idem. Vidi impios ſepultos, qui cum adhuc uiuerent, in loco ſancto erant. Vidit Salamon impios ſepultos in inferno, qui in mundo iſto ſancti tenebantur, & credebantur. unde Bernardus. Noli te comparare maioribus, noli minoribus, noli aliquibus, non dico præponas, ſed nec comparare præſumas. quando enim accidit homini qui de ſe ſolo bonam habet opinionem, ſicut Aman qui credebat, quòd à Rege eſſet honorandus, cum ab eo eſſet ſuſpendendus. Eccl. 9. Eccl. 8. Bernar. Hſt. 4.

Secundum eſt frequens meditatio ſui ſtatus. Bernardus. Qui perfectè ſemet ipſum examinando intelligit, ſuo peccato nullius peccatum par eſſe exiſtimat. Et P. Auguſtinus. Qui ſe ipſum conſiderat, non habet, quod in aliis reprehendat. Gall. 6. Opus aũt ſuum Bernar. Auguſ. Gall. 6.

unusquisque probet, &c. Tertium est, meditatio propriæ imbecillitatis. Psal. 76 Psal. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Exemplum habemus de uiris fortibus qui corruisse dicũtur, sicut Petrus Dauid, Samson, Salomõ, & huiusmodi. Vnde Greg. cadente nemo superbiat. Grego. nemo enim de tempore, uel de opere præsumat, dicens tantum, & tantum in penitentia steti, quia ignorat quid uentura pariat dies.

Peccata fugienda sunt propter tria.

PRimo, quia demonibus placent Vnde Bernardus loquens de diabolo dixit. Ber. Cui nullum desiderium aliud, nullum studiũ, nullum negotium nisi fundere sanguinẽ animarum, quod patet ex assidua temptatione. Grego. Sicut dicit D. Gregor. Assidua tẽptatione Diabolus temptat, ut scilicet alterum tedio saltim uincat. Secundo quia deo sumè displicet. Grego. Gregorius. Scimus quia quotiens actu, quotiens cogitatione delinquimus, deum contra nos totiens irritamus. Quod patet triplici ratione. Prima est, quia illud quod uidetur maxime odire, est diabolus, quem nisi ratione peccati

eorum quæ fecisti; quod intelligendũ est, nisi peccatum adiunctum esset. Secunda est quia deus non habet ita bonum amicum nec in cælo, nec in terra quod non odiret ad mortem, si inueniret in eo peccatum mortale. Tertiũ est, quia in tantum odiuit, quòd filium eius cum eo crucifigi uoluit. P. Augustinus. Cũ innocens occiditur, peccatum crucifigitur. Isa. Propter scelus populi mei percussi eum, &c. Tertio quia homini summè nocet. Diabolus nil potest nocere homini nisi per peccatum. Vnde solum sibi caueat homo ab hoste isto, & non sunt ei timendi alij hostes, silicet, nec diabolus, nec malus homo, nec infirmitas, nec mors, nec aliqua aduersitas. Vnde Gregorius. nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Et Ecclesiasticus. Qui custodit præceptum non experietur quidquam mali.

August.
Isa. 53.
Grego.
Eccl. 8.

Peccatum mortale septem modis perpetratur.

PRimo, per delectionem, quando silicet anima de illicitis cogitando delectatur. Sap. 1. Peruersæ cogitationes separant à deo, Sap. 1.

probata autem uirtus corripit insipientes. Secundo per malam uoluntatem, quando uidelicet anima delectationi uoluntatis consentit. Vnde
Mat. 5. seruator dicebat. Qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam in corde
Chiso. de suo iam mœchatus est. Et Chrisostomus. Affectus tuus finem operi tuo imponit. Tertio per illicitam operationem, siue exerceatur ore, siue
Iac. 1. alia corporis parte. Iac. Peccatum cum consummatũ fuerit, generat mortem. Quarto, per peccati defensionem.
Gene. 3 Gene. 3. Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Peccatum quippe peccato adiicit, qui
Hieron. malè gesta etiam defendit. Hieronymus quicquid enim mali patimur, peccata nostra merentur. Quinto per
Prou. 2 peccati gloriationem. Prou. lætantur cum malè fecerint & exultant in rebus pessimis. Sextum per nimium cõtemptum, & consuetudinem. Septimum per desperationem. Gen. 4. dixit
Gen. 4. Caim. Maior est iniquitas mea, quàm ut ueniam merear. De his septem modis legitur in Exo. De primo dixit. Inimicus, ideſt diabolus loquitur nobis
Exo. 23 suggerendo, & ad noxiam delectationem trahendo. De secundo persequar. Tunc persequitur, quando homo per malam uoluntatem peccato cõsentit.

De

De tertio, & comprehendam. Tunc comprehendit, dum post uoluntatem ad peccatum operis perducit. De quarto diuidam ſpolia. Tunc diuidit ſpolia, dum homo de peccato ſe defendit. De quinto, implebitur anima mea. Tunc anima eius impletur, dum de peccato gloriatur. De Sexto, euaginabo gladium meum. Tunc gladium euaginat, dum peccatorem ad contemptum, & conſuetudinem perducit. De ſeptimo, & interficiet eos manus mea. Tunc demum interficit, quando de uenia deſperatur. Et tunc miſer homo in aquis uehementibus quaſi plumbum ſubmergitur, & claudit ſuper eum puteus os ſuum, quia claudit ipſe os proprium, dum peccatum non cõfitetur. Pater Auguſtinus. Peccatum eſt appetere quod Chriſtus contempſit, & fugere quę ſuſtinuit. Auguſ.

Peccati mala ſunt quinque.

PRimum malum eſt, quia excæcat. Sapi.2. Excæcauit eos malitia eorum. Et Ioannes in ſua Epiſtola canonica. Omnis qui peccat, non uidet deum, nec cognouit eum. Secundum eſt, quia cor pecca- Sap.2. Io.3.

Iob.41. toris indurat. Iob.41. Indurabitur
Tren.1. cor eius quasi lapis, &c. Tren.1. sub uersum est cor meum in me metipso, &c. Tertium, quia facit hominem fi-
Io.8. lium diaboli. Io. Vos ex patre diabo-
1.Io.3. lo estis, &c. Et Io. in sua canonica ait. Qui facit peccatum, ex diabolo est. Quartum est, quia aufert uitam
Prou.2. æternam. Prou. Impij de terra perdentur, & qui iniq; agunt, auferentur ab ea. Quintum est, quia hominē
Iob.40. dat in escam diaboli. Vnde Iob loquens de Behemoth ait. Fœnum quasi
Isa.40. bos comedet. Hominem esse fęnum nullus ignorat, cum propheta dicat. Omnis caro fęnum, &c. Dixit etiam Dominus serpenti. Terram comedes
Gen.3. cunctis diebus uitæ tuæ. Hominem terram esse unicui patet, cum domi-
Gen.3. nus ex ore proprio dixerit. Memento homo quia terra es, & in terram ibis.

Peccatum comparatur lapidi propter quatuor.

PRimo, quia lapidis frigidus est. Sic peccatum reddit hominem fri-
Hier.6. gidum, iuxta illud. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam facit malitiam suam. Se-

cundo, quia infructuosus; sic pecca-
tum est. Quid nobis (inquit sapiētia) Sap. 5.
posuit superbia, aut quid diuitiarum
iactantia contulit nobis? transierunt
omnia illa tanquam umbra. Rom. 6. Rom. 6.
Quem fructum habuistis tunc in illis;
in quibus nunc erubescitis? Tertio
quia durus, sic peccatum reddit cor
hominis durum. Iob. Indurabitur Iob. 41.
cor eius quasi lapis, &c. Zacha. cor Zach. 7
suum posuerunt, adamantem, ne au-
dirent legem. Hiere. Indurauerunt Hier. 5.
facies suam super petram & nolue-
runt reuerti. Quarto, quia pondero
sus; unde Gregorius. Omne Grego.
enim peccatum graue est, quia non
permittit animam ad sublimia leua-
ri, &c.

Peccata uenialia timenda sunt propter tria.

PRimo, quia pro talibus ad iudi-
cium Dei sumus trahendi.
Matth. De omni uerbo ocioso Mat. 12
quod locuti sunt homines, reddituri
sunt rationem in die iudicij, &c. Secū
do, timendū est, ne per uenialia ita de-
bilitetur hō, quòd in aliquod morta-
le cadat. Eccles. Qui spernit modica Ecc. 19

Grego. paulatim decidet. Gregorius. Si ista minima negligimus insensibiliter sub ducti audacter maiora perpetramus.
Isydo Hãc eandem sententiam sequitur Isydorus inquiens. Iudicio autem diuino in reatum nequiorem labuntur, qui distinguere sua facta minima con temnunt. Tertio timendum est ne multa leuia, unum grande efficiant sicut solent ex paruis & minutissimis guttis, immensa flumina crescere.
Augus. Vnde P. Augustinus ista leuia noli cõ temnere, si contemnis quando appre hendis, expauesce quando numeras.
Bernar. Bernardus. Qui delicta sua existimat esse parua, cadit in deteriora prioribus. Timeamus igitur peccata uenialia, ut etiam mala quæ oriri possunt caueamus, &c.

Peccata dicuntur tenebræ tripliciter.

PRimo, quia non perpetrantur nisi ab his qui sunt in tenebris, & cęcitate mentis inuoluti. Io.
1. Io. 2. Qui odit fratrem suum in tenebris
Prou. 4 est, & in tenebris ambulat, &c. Prou. Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant, &c. Secundo, quia tenebras quęrunt, qui peccare uolunt.

Io. Qui male agit odit lucem. Idem. Ioan.4.
Hoc est iudiciũ, quia lux uenit in mũdum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Triplici ratione solet aliqua creatura tenebras quære rere. Primo propter debilitatem uisus, sicut noctua; quia uisũ habet debilem, lumẽ diei sustinere non potest. sic peccator qui uisum cordis habet debilem, lumen diuinæ sapientiæ, quod ostendit ei quomodo regnum cælorũ lucrari possit, sustinere non ualet. Vnde Boetius. Nequeunt enim oculos tenebris assuetos ad lucem perspicuè ueritatis attollere; similesq; auibus sunt quarum intuitum nox illuminat, dies cęcat. Iob. Qui dicunt deo recede à nobis scientiam uiarum tuarum nolumus. Secundo quia aliquid erubescibile habet, & hac de causa peccator tenebras quærit. nil enim erubescibilius peccato quod patet in primis nostris parentibus. Tertio, aliqua creatura tenebras quærit quia peccata exosa sunt deo. Ideo Bubo, & noctua tenebras quærunt, quia aues lucis eas odiunt. Sic & peccatum super omnia exosum est deo, sicut legitur in capitulo de peccato. Tertio peccata dicuntur tenebræ, quia ducunt ad tenebras æternales, sicut legitur in Euangelio:

Ioan.3. Boetius Iob.21. Mat.22

ligatis manibus & pedibus proiicite eum in tenebras exteriores, &c.

Peccatum non potest inuenire Deum; quatuor de causis.

PRima est, quia non quęrit eum ubi est, scilicet in paupertate, & tribulatione. sic D. Bernardus dicebat ipsum nullibi inuenire nisi in cruce, & totam eius uitam esse stigmata paupertatis. Iob. 28. sapientia uerò non inuenitur, & quis est locus intelligentiæ? nescit homo præcium eius, nec inuenit in terra sua in terra uiuentium, &c. Secunda est, quia non quærit eum in tempore constituto. Isa. Quęrite dominum dum inueniri potest, &c. Gall. 6. Dum tempus habemus operemur bonum, &c. Tertia est, quia non quærit eo modo quo debet, scilicet, cum lacrymis. Ego & pater tuus dolentes quęrebamus te, &c. Quarta est, quia non quærit perseueranter. Require in cap. de perseuerantia.

Bern.

Iob. 28.

Isa. 55.

Gall. 6.

Luc. 2.

Pœnę inferni sunt multæ.

PRima est uermis. Isa. Vermis eorum non morietur, &c. Secunda est ignis. Idem. Et ignis eorum non extinguetur. Iudith. Dabit eis ignem, & uermes in carnes eorum, ut urantur & sentiant usque in sempiternum. Ecclesiasticus. Vindicta carnis impij, ignis, & uermis. Matth. discedite à me maledicti in ignem æternum, &c. Tertia fętor Isa. Erit pro suaui odore fętor. Idem. Interfecti eorum proiicientur, & de cadaueribus eorum fętor ascendet. Quarta erit frigus. Matth. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Iob. 24. Ad nimium calorem trãsibunt ab aquis niuium, & usque ad inferos peccatum illius. Quinta erit fames. Isa. Ecce serui mei comendent, & uos esurietis, &c. Sexta sitis. Ibidem. Ecce serui mei bibent. & uos sitietis. Ecce serui mei lętabuntur, & uos confundemini. Ecce serui mei præ exultatione cordis laudabunt & uos præ dolore cordis clamabitis, & præ contritione spiritus ululabitis. Habetur etiã exemplum de

Isa. ult. Ibidem Iud. 16. Eccl. 8. Mat. 25 Isa. 5. Ibidem Mat. 13 22. 24. Iob. 24. Isa. 65. Ibidem

ligatis manibus & pedibus proiicitē eum in tenebras exteriores, &c.

Peccatum non potest inuenire Deum, quatuor de causis.

Bern. PRima est, quia non querit eum ubi est, silicet in paupertate, & tribulatione. sic D. Bernardus dicebat ipsum nullibi inuenire nisi in cruce, & totam eius uitam esse stigmata paupertatis. Iob. 28. sapientia uerò non inuenitur, & quis est locus intelligentiæ? nescit homo prӕcium eius, nec inuenit in terra sua in terra uiuentium, &c. Secunda est, quia non quærit eum in tempore constituto. Isa. Querite dominum dum inueniri potest, &c. Gall. 6. Dum tempus habemus operemur bonum, &c. Tertia est, quia non quærit eo modo quo debet, silicet, cum lacrymis. Ego & pater tuus dolentes querebamus te, &c. Quarta est, quia non quærit perseueranter. Require in cap. de perseuerantia.

Iob. 28.

Isa. 55.

Gall. 6.

Luc. 2.

Pœnę inferni sunt multæ.

PRima est uermis. Isa. Vermis eorum non morietur, &c. Secunda est ignis. Idem. Et ignis eorum non extinguetur. Iudith. Dabit eis ignem, & uermes in carnes eorum, ut urantur & sentiant usque in sempiternum. Ecclesiasticus. Vindicta carnis impij, ignis, & uermis. Matth. discedite à me maledicti in ignem æternum, &c. Tertia fętor Isa. Erit pro suaui odore fętor. Idem. Interfecti eorum proiicientur, & de cadaueribus eorum fętor ascendet. Quarta erit frigus. Matth. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Iob. 24. Ad nimium calorem trāsibunt ab aquis niuium, & usque ad inferos peccatum illius. Quinta erit fames. Isa. Ecce serui mei comendent, & uos esurietis, &c. Sexta sitis. Ibidem. Ecce serui mei bibent. & uos sitietis. Ecce serui mei lętabuntur, & uos confundemini. Ecce serui mei præ exultatione cordis laudabunt & uos præ dolore cordis clamabitis, & præ contritione spiritus ululabitis. Habetur etiā exemplum de

Isa. ult. Ibidem Iud. 16. Eccl. 8. Mat. 25 Isa. 3. Ibidem Mat. 13 22. 24. Iob. 24. Isa. 65. Ibidem

diuite. Septima erit horror tam loci,
Iob. 10 quàm demonum. Iob. Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.
Iob. Idem. Vadant, & ueniant super eum horribiles. Octaua erunt tenebræ.
Mat. 22 Matth. Ligatis manibus & pedibus proiicite in tenebras exteriores, &c. Nona erunt Vincula. Ibi etiam erit fletus & stridor dentium iuxta salua-
Mat. 22 toris sententiam apud Matthæum. cap. 22.

Proprium à claustralibus fugiendum est propter duo.

PRimo propter exemplum Loth.
Gen. 19 Quæ respiciens retro uersa est in statuam salis. Claustralis post se respicit, quãdo diuitias mũdi, quas reliquit, concupiscit; statua salis corpus eius efficitur, cum claustralis in claustro suo corpore conuersatur. statua enim similitudinem hominis habet, sed non est homo, sic talis similitudinem habet monaci, & cœnobitæ, si est Monacus, uel cœnobita. Statua salis est, quia exemplo suo cõdit alios, & sibi utilis non est. Hoc
Luc. 17 exemplo reuocat ad memoriam Dominus

minus dicens. Memores estote uxoris Loth. Ad hoc est illud Petri. Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro aptus est regno dei. Secundo, propter illud quod legitur in Iosue de Achor, qui furatus est de anathemate Ierico pallium coccineum bonum, ducentos Siclos argenti, regulamque auream. Ierico quæ interpretatur Luna, mundum significat, qui mutabilis est ad modum Lunę, qui debet esse anathema religiosi, in illis tribus quę furatus est Achor. Triplex proprietas intelligitur in pallio coccineo, exterior conuersatio est habens peccatum. In coccino peccatum intelligitur. Isa. Si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Pallium ergo coccinum furatur, quando aliquid retinent de exteriori conuersatione seculari, uel in habitu, uel in moribus. In argento uero proprietas rerum temporalium, quas etiam prohibitas post abrenunciationem habere uolunt. In regula aurea proprietas interior, silicet sensus & uoluntatis designatur. Regula quæ à regendo dicitur, pertinet ad uoluntatem, quæ habet regnum & imperium in homine. In hac auctoritate quatuor sunt notabilia. Primum est, quia Dominus dixit. Non ero

1.Pe.2.
Iosue,7
Isa.1.

ultra uobiſcum, donec conteratis eum qui huius ſceleris reus eſt. In quo innuitur, quòd Dominus contra totam unam abbatiam, uel cœnobium regularem obſeruantiam profitens, iratus ſit propter unum proprietarium, unde omnes debent perſequi illum. Secundum eſt illud quod ibi legitur. Anathema in medio tui Iſrael, non poteris ſtare coram hoſtibus tuis donec deleatur qui hoc ſcelere contaminatus eſt. In quo patet quod propter hoc peccatum Diabolus habet poteſtatem præcipitandi eos in multa mala & peccata. Ter-
Ioſue. 7 tium eſt illud quod dixit Ioſue. Quia turbaſti nos, exturbet te Deus in die hac. In quo notatur quòd propter turbationem eorum non debet dimitti, quin eis auferatur. Quartum eſt, quod ſubditur. Lapidauit eum omnis Iſrael, & cuncta quę illius erant igne combuſta ſunt. In lapidibus increpationes intelliguntur, quibus lapidãdus eſt proprietarius. In igne intelligitur zelus, quem debent habere clauſtrales contra hoc uitium.

Pænitentibus quatuor misericordias debemus exhibere.

PRimo, supportationem. Vnde Paulus ad Gallatas dicit. Alter alterius onera portate, &c. D. Bernardus. Studeas supportare non solum patienter, sed & libenter infirmitatem fratrum tuorum tam morum, quàm corporum. Secundo orationem. Iac. 5. Orate pro inuicem ut saluemini. Tertio instructionem, & correctioné. si præocupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, &c. dicit Paulus ad Gallatas. Et Matth. 21. Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eũ inter te, & ipsum, &c. Quarto, ueniæ donationem. Matt. Accedens Petrus ad dominum dixit. Quotiens peccauerit in me frater meus, dimittã ei usque septies? dixit ei Iesus. Non dico tibi septies, sed usq; septuagies septies. Ecclesiasticus. Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neque improperes ei, memento quoniam in corruptione sumus.

Gall. 6. Bern. Iac. 5. Gall. 6. Mat. 21 Mat. 21 Eccl. 8.

Prouidere debemus bona coram deo, & hominibus.

Coram deo tripliciter, silicet, corde, ore, & opere. Corde super omnia ipsum amando. Vnde ipse in Exodo de decem
Exo.20 præceptis loquens ait. Non habebis deos alienos coram me. Contra quod præceptum facit quis tripliciter. Primo quia alij magis quàm deo credit, sicut Eua quæ magis credidit diabolo, q̃ domino. Et illi qui potius carni suę uel mũdo, q̃ deo credunt. Secundo quia plus cõfidit in homine quàm
Hier.17 in deo. Hier. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, silicet in rem fragilem uirtutem suam. Tertio quia amat plus aliquid terrenum, ut diuitias, &
Eph.5. delitias quàm deum. Ephe.5. Auaritia est Idolorum seruitus, &c. super quibus uerbis dicit Glossa. Auari deus,
Glossa. est munus. Et super illud Philippẽsiũ.
Phil.3. 3. Quorum deus uenter est, &c. dicit
Augus. Pater Augustinus. Hoc ab homine colitur, quod præ ceteris diligitur.

Ore, idest nil contra deum iniustum loquendo. Vnde posuit secundum præceptum dicens. Non assumes no-

men Dei tui in uanum. Contra quod facit quis quadrupliciter.
Primo, cum quis iurat pro nihilo.
Secundo, cum quis iurat mendacium.
Tertio, cum iurat iniustum.
Quarto, cum iurat in contumeliam dei, sicut blasphemantes deum.
Opere, idest nihil iniustum operando. Vnde posuit tertium præceptum dei. Memento ut diem sabbati sanctifices. Contra quod facit quis tripliciter. Exo. 20
Primo quia opus terrenum plus amat propter aliquod lucrum, quàm honorem solemnitatis. Vnde sequitur. Non facies in eo omne opus tuum, & filius tuus, & filia tua, iumentum, & aduena, qui est intra portas tuas. Secundo, quia festum inquinat munditia alicuius peccati. Vnde dicitur. Memento ut diem sabbati sanctifices, idest sanctorum conserues, diligenter in eo à peccato cauendo. Tertio, cum in peccato primum commisso perseuerat. Vnde Hiere. Hier. 17
17. Nolite pondera portare in die sabbati. Non bene festum obseruat, qui pondus diaboli in eo portat.
Coram hominibus dupliciter. Primo facere eis, quæ uolumus nobis fieri; iuxta præceptum seruatoris. Pro ut Luc. 6.
uultis ut faciant uobis homines, facite & illis. Ad quod pertinet quar-

tum præceptum. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Secundo, non facere aliis, quod nolumus nobis fieri. Tob. 4. Quod ab alio odis fieri tibi, uide ne aliquando tu aliis facias. Ad quod possunt pertinere sextum & ultimum præceptum. Vnde notandum quod tripliciter potest quis iniuriari proximo suo. Silicet, facto, & hoc tripliciter. Vel quantum ad ipsam personam, quod prohibetur ibi. Non mœchaberis. uel quantum ad sua, quod prohibetur ibi. Non dices falsum testimonium contra proximum tuum. uel quantum ad suos, quod prohibetur ibi. Non mœchaberis. Verbo, quod prohibetur ibi. Non dices falsum testimonium contra proximum tuum. Voluntate, quod prohibetur in duobus sequentibus, silicet, Non concupisces proximi tui domum, Nec desiderabis uxorem eius, Non seruum, Non ancillam, Non ouem, Non bouem, Non asinum, Nec omnia quæ illius sunt. Hoc pacto igitur debemus facere bona coram deo, & hominibus.

Tob. 4.

Prælatus in præceptis quadrupliciter peccat.

PRimo, si superbè, & cum austeritate præcipit. Vnde Eze. Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos: non ne greges pascuntur à pastoribus? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis; gregem autem meũ non pascebatis. quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis: quod perierat non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Secundò, si nimia & grauia præcipit. Alligant enim onera grauia & importabilia, idest imponunt super humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere, dicebat saluator. Vnde Bernar. Quid super eos iugum uestrum aggrauatis, quorũ onera potius portare debetis? Quod fratrum est non alligatis, &c. Dicebat Heliseus ad Heliam. Pater mi, Pater mi, currus Israel, & auriga eius. Prælatus debet esse auriga, ut subditos regat; currus ut onera portet. Propterea aliud est quod qui nimis emungit, & elicit sanguinem. Sed prælati debent esse sicut

Eze. 34 · Mat. 23 · Bernar. · 4. Re. 2. · Pro. 30.

Mater lac dulcedinis ſubditis propinando. Tertio, ſi in præcipiendo ſenſum ſuum uoluntati dei, & cõſolationibus fratrum anteponit.
Mat. 15 Contra tales dicit Dominus. Irritum feciſti mandatum dei propter traditiones ueſtras. Quarto, ſi in præcipiendo propriam utilitatẽ quærunt & non fratrum ſuorum ſicut dicebat Paulus. Omnes quæ ſunt quærunt, & non quę Ieſu Chriſti.

Pœnitentiam agere debemus propter quinque.

PRimo, quia & à ſacra ſcriptura, & ab omnibus ſanctis ad hoc hortamur. Vnde prædicatio Chriſti, & beati Ioannis Baptiſtæ à pęnitentia incipit. Secundo, quia niſi pænitentiam agamus, omnes peri
Pſal. 7. clitamur. Pſal. Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum uibrabit, &c.
Eze. 18. Tertio quia per pænitentiam ab omnibus peccatis mundamur. Ezech. Si uir impius egerit pænitentam ab omnibus peccatis ſuis, & cetéra quæ
Chriſo. ſequuntur. Vnde D. Chriſoſtomus. Pænitentia cor emundat, & ſenſus illuminat, animam ſanctificat, & ad ſuſceptionem Chriſti præparat.

Quar-

Quarto, quia angelos lętificat. Luc. 15. Gaudium est angelis dei super uno peccatore pænitentiam agente, &c. Quinto, quia per pænitentiam de pęnis inferni liberamur. Vnde Bernardus. Credat mihi crucis amator, iam non lędetur à morte secunda si in hac uita usus fuerit tali medicina, silicet pænitentiæ. Luc. 15 Bernar.

Quærendus est Dominus tribus modis.

PRimo, cum intentionis simplicitate. Sa. 1. In simplicitate quęrite illum. Secundo, cum festinatione, antequam transeat tempus, in quo potest inueniri. Ideo dicebat Isaias. Quærite dominum dum inueniri potest, &c. Tertio cum perseuerántia sine cessatione. Psal. Quærite faciem eius sēper. Vnde Bern. Nihil aliud expectat, nihil quærit deus, nisi ut sedulè, & cum desiderio q̄ratur. Sap. 1. Isa. 51. Ps. 104. Bernar.

Quidam non audiunt Dominum clamantem propter quatuor.

AVt, quia longe sunt per desperationem. Ideo in Canticis Canticorum monetur ad Cant. 6

reuerſionem. Reuetere, reuertere Sunamitis, ut intueamur te, &c. Aut quia nimis ſecurè dormiunt per præ-
Prou. 6 ſumptionem. Prou. Vſque quo dormis piger, &c. Aut quia obturatę ſunt aures eorum per abundantiam diuitia-
Pſa. 57. rum. Vnde Pſal. Non exaudiet uocē incantantium, & uenefici incantātis ſapienter. Aut quia ſunt mala ſocieta-
Eze. 3. te ſociati. Ezech. filii hominis incredu li & ſubuerſores ſunt tecum, &c.

Relinquere debemus tria.

PRimo, res temporales. propterea dicebat Dominus. Siquis
Luc. 18 non reliquerit omnia, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſci-
Mat. 10 pulus, &c. Secundo, Parentes. Mat. decimo. Siquis uenit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem ſuam, &c. Tertio, propriam uolunta-
Luc. 9. tem. Luc. nono. Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me,
Grego. &c. Vnde D. Gregorius. Qui perfectè deo placere deſiſiderat, ſibi de ſe nihil derelinquat.

Religionem destruunt tria.

PRimum est nimietas preceptorum in claustris. De hoc argumentum habemus in prima religione, silicet in paradiso terrestri. Vbi tantum duo præcepta data sunt, & tamen contrarium factum est. sæpe enim accidit quòd prælati tot & tanta præcipientes subditis potius salutem impediant, quàm augeant. quot enim eis præcepta faciunt, tot laqueos eis imponunt. Vnde accidit, quod quando non strangulat unus laqueus, strangulat alius, & quem diabolus non capit uno, capit alio. Secũdum est singularitas; exemplum habemus de religione superna, à qua lucifer propter hoc peccatum eiectus est. Sedebo (dicebat) in monte testamenti, in lateribus aquilonis, &c. Alij ministrabant iuxta illud Danielis. Millia millium ministrabant ei, &c. Tertium est, amor temporalium. Exemplum habetur in actibus apostolorum de Anania, & Saphira eius uxore. Qui de abbatia & conuentu Petri, amore temporalium perierunt.

Isa, 14.

Dan. 7.

Act. 5.

Spei bona sunt quinque.

Rom. 5. PRimum est quia hominem in aduersitatibus lętificat. Rom. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei, non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus. Et P.
Augus. Augustinus. Ipsa nanque spes nos gau
Ambr. dere facit inter dolores. Et Ambros. Quisquis enim meliora sperat, nunquam leuioribus frangitur. Secundo,
Psal. 55. quia firmat & roborat. Psal. In deo speraui non timebo quid faciat mihi
Psal. 17 homo. Spes enim quæ dicit. Dominus firmamentum meum & refugium meum. Si spes proiicit se in deum, nō est ita crudelis, ut se subtrahat, & sperantem in se cadere permittat. sicut
Augus. dicit P. Augustinus. Quare dominus sibi moneret, si supportare nos nollet, non est illusor Deus, ut non se ad supportandum offerat, & nobis nitentibus ei in ruinam nostram se subtra-
Rom. 5. hat. Rom. Spes autem non confundit.
Psal. 70 Psal. In te domine speraui non confundar in æternum, &c. Tertium quia de tribulatione hominem liberat, ut
Dan. 14 patet ori Susanna. quæ flens suspexit in cęlum. erat enim cor eius fiduciā
Psal. 21. habens in domino. Psal. In te spera-

uerunt patres nostri & nō sunt confusi, in te sperauerunt & liberasti eos. Quartum est, quia hominem in præsenti beatificat. Psal. Beatus uir cuius est nomen domini spes eius, &c. Prou. Qui sperat in domino, &c. Isa. Beati omnes qui sperant in eum, &c. Quintum, quia in futuro glorificat Psal. Qui saluos facit sperantes in se. Prou. Qui sperat in domino saluabitur. Rom. Spe enim salui facti sumus, &c.

Psal. 29
Pro. 16.
Isa. 30.
Psal. 16
Pro. 28
Rom. 9.

Spem adiuuant tria.

PRimum est amor directè in deum. Et potest diuidi in tres species. Prima est in eo quòd naturaliter amat artifex opus suum, ita ut uix possit audire quòd ei detrahatur. Vnde uerisimile est quòd creator amat opera sua, & specialiter hominem quē creauit ad imaginem suam. Sap. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Sperare debet homo de eo qui dedit ei ut sit, quòd paratus sit dare ut bene sit. Secunda est in eo in quem dominus est. Naturaliter homines amant quæ sua sunt, & conseruant ea; & si ea perdiderint, gaudent, cum ea recuperant. Vnde

Sap. 11.

uerisimile est, quòd Deus uelit seruare eos, qui boni sunt, & peccatores quos perdidit uelit recuperare. sicut
Luc. 15. apud Lucam habetur parabola de recuperatione ouis; gaudium erit in cælo angelis dei super uno peccatore pæ-
Sap. 11. nitentiam agente, &c. Sap. Parcis omnibus quæ tua sunt. Tertia est consideratio diuinę misericordiæ. Deus enim cum sit summè misericors, non uult minus miseros à miseria liberare, quàm ipsi miseri liberari. Vnde
Augus. P. Aug. loquens de illo uerbo, Petite, & accipietis, ait. Non tantum hortaretur ut peteremus, nisi dare uellet. Erubescat humana pigritia, plus uult ille dare, quàm nos accipere; plus uult ille misereri, quàm nos à miseria li-
Augus. berari. Idem P. Augustinus. Tardius siquidem illi uidetur omni peccatori ueniam dare, quàm omni peccatori accipere. sic enim festinat absoluere reum Dei misericordia à tormento conscientiæ suæ, quasi plus cruciet ipsum compassio miseri, quàm ipsum miserum compassio sui. Secundum est circa, ea quæ pro Deo agimus, & diuiditur in duas species. Prima est circa bona quæ agimus. Bona enim quæ facimus considerata iuuant spē.
Psal. 4. Psal. Sacrificate sacrificium, & spe-
Grego. rate in domino. Vnde Gregorius. Cū

opus creſcit, primum fiducia proficit. Io. Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad dominũ, & quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo facimus. P. Auguſtinus. Ille ſperat, qui conſcientiam bonam gerit, quem uero pungit ſua conſcientia retrahit ſe à ſpe. Secunda eſt circa mala quæ pro Deo toleramus. Gregorius. Bonorum mens quò duriora pro ueritate tolerat, eò æternitatis præmia citius ſperat. Tertium eſt circa Dei beneficia, quæ ſunt quatuor. Primum eſt, carnis abdicatio, & incarnatio Chriſti. quæ magnam ſpem præbet peccatoribus. Vnde Bernardus. Puto iam ſpernere me non poterit Chriſtus, os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Et P. Auguſtinus. Sumus membra eius, & caro eius, ipſe quoque caput noſtrum, ex quo totum corpus: nemo unquam carnem ſuã odio habuit, ſed fouet & diligit eam. diligit ergo carnem ſuam, & membra ſua. Hæcque mihi ſpes ualida, omniſque fiducia eſt. Secundum eſt Chriſti, & matris interpellatio. Vnde P. Auguſtinus. Meritò, inquit, mihi ſpes eſt ualida in Chriſto, qui ſanabit languores meos per eum, qui

1. Ioã. 3.
Auguſ.
Grego.
Bernar.
Auguſ.
Auguſ.

ſedet ad dexteram tuam, & te interpellat pro nobis, alioquin deſperarem. Bernardus. Exaudiet utique filius patrem, & exaudiet filium pater, filioli hæc peccatorum, hæc mea maxima fiducia eſt; hæc tota ratio ſpei meæ. Tertium eſt mortis receptio. Rom. Qui proprio filio non pepercit ſed pro nobis omnibus tradidit illum quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quartum eſt, angelorum protectio. Pſal. Angelis ſuis Deus mandauit de te, &c. Vnde D. Bernardus. Super hoc uerbo dicit. Quanta debet tibi hoc uerbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam? reuerentiam pro præſentia; deuotionem pro beneuolentia; fiduciam pro cuſtodia. Et Hier. Magna eſt dignitas animarum ut unaquęque habeat ab ortu natiuitatis ſuę in cuſtodia ſua angelum delegatum. Propterea concludebat Bernardus. Quid ſub tantis cuſtodibus timeamus, nec ſuperari, nec ſeduci poſſe? fideles ſunt, prudentes ſunt. Quid timeamus? quid trepidamus? tantum ſequamur eos, adhereamus eis, & in protectione Dei cæli commorabimur.

Bernar. Rom. 8. Pſal. 90 Bernar. Hieron. Bernar.

Spes duplex.

PRima eſt deteſtabilis, quæ triplex eſt. Prima eſt maledicta, quæ Deum in Deo offendit, qui de magnitudine miſericordiæ eius confidit. Bernard. Eſt infidelis fiducia, ſoluis itaque maledictionis capax; cum uidelicet in ſpe peccamus, hic peccat in bonitate dei. Rom. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Secunda eſt falſa, ſilicet, cum aliquis ſperat ſe facturum pænitentiam cum noluerit, promittens ſibi longam uitam. Ecclaſiaſticus. Repromiſſio nequam multos perdidit. Iſa. Poſuimus mendaciũ ſpẽ noſtrã. Tertia eſt uana, cũ fiducia ponenda in creatore in creatura ponatur. Hier. 17. Maledictus homo qui confidit in homine. Vnde. Pſal. Bonum eſt confidere in domino quàm confidere in homine, &c. Secunda ſpes eſt commendabilis, quæ in duobus conſiſtit. Primo ſi in ſolo deo ſpes ponatur. Heſt. 14. Exaudi uocem illorum, qui nullam aliam ſpem habent. Secundo ſi in tribulatione ſpes non deficiat, ſed uires ſuas oſtendit. Iob. Etiam ſi occiderit me, in ipſo

Bernar. Rom. 2. Eccl. 19. Iſa. 28. Hier. 17 Pſa. 117 Heſt. 14 Iob. 13.

Psal. 26 sperabo. Psal. Si exurgat aduersum me castrum, uel prelium, non timebit cor meum, &c.

Securitatem inducunt quatuor.

PRimum est puritas conscientiæ. Conscientia pura meritò secura est, cum à peccato purgata sit, propter quod solum timendum est. Bernar. Vnde Bernardus. O uita à peccato secura ubi absque formidine, & excipitur cum deuotione. Secundum est Gregor. diuturnitas pænitentiæ. Gregorius. In pænitente cum longa meroris anxietate fuerit formido consumpta, quædam iam de præsumptione ueniæ securitas nascitur. Tertium est con- Gregor. temptus boni transitorij. Gregorius Mira securitas cordis, aliena non quærere. Et P. Augusti. August. Nemo securus in his bonis, quæ potest inuitus amittere. Idem. Qui bona transitoria contemnit, mala pœnæ transitoria non metuit. Quartum est integer amor interni, & æterni boni.

Securitas reprehensibilis.

REprehensibilis securitas est eorum, qui ita sunt securi quasi iam triumphassent. Ecclef. Eccl. 8.

Sunt impij qui ita sunt secari, quasi iustorum facta habeant. Adcuius detestationem duo faciunt. Primum est 3.Re,20
scriptura. Non glorietur accinctus æque ut discinctus. Et Bernar. Nusquam est securitas fratres mei, neque Bernar.
in cælo, neque in terra, neque in paradiso; multo minus in mundo. in cælo cecidit angelus sub præsentia diuinitatis, Adam in paradiso uoluptatis, Iudas in mundo de schola saluatoris. Et P. Augustinus. Nemo securus in Augus.
uita ista, quæ tota temptatio est, & nominatur. Et Hieronymus. Nulla est Hieron.
securitas uicino serpente dormire. qui habent hanc securitatem, facile à diabolo uincuntur. Secundum est, mala siue pericula quæ ex hac securitate procedunt sicut testatur D. Gregorius. Prou. Qui cauet laqueos, se- Grego. Pro. 11
curus erit. Quæ mala sunt duo. Primum malum est, quia inducit pigritiam. unde Gregorius. Mater negli- Grego.
gentiæ solet esse securitas. Secundum est, quia causam tentandi diabolo tribuit. Iudicum 18. Dicunt dæmones. Surgite, & ascendamus ad eam: uidi- Iudi,18.
mus enim terram ualde opulentam, & uberrimam; nolite negligere, nolite cessare, eamus & possideamus eam, nullus erit labor, intrabimus ad securos, & c.

Sobrietatis incitamenta sunt quatuor.

Thess. 5. Tit. 4. PRimum est scriptura. Thess. 5 Vigilemus & sobrij simus. Tit. 4. Ministerium tuum imple, sobrius esto. Et Petrus. Sobrij estote & uigilate &c. Secundũ est exẽplum sanctorum, sicut Ioãnis Baptistæ. Matt. 3. Danielis primo. Dicunt pueri bonæ indolis, dentur nobis legumina ad uescendum. Tertium, bona quæ ex sobrietate proueniunt; quæ sunt duo. Primum est quia ualet ad sobrietatem animæ, & corporis. Ecclesiasticus. Sanitas est animæ & corporis sobrietas. Vnde Chrisostomus. Nihil sic salutem, nihil sic sensuum acumen, operatur, nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio. Secundum est, quia ad iucunditatem & corporalem & spiritualem ualet. Ecclesiasticus. Exultatio animæ, & corporis uinum moderatè potatum. Et Gregorius si à carne quodlibet abscindimus, mox in spiritu quod de lactat inuenimus. Quartum est, mala quæ ex defectu sobrietatis proueniunt. De hac materia uide in capitulo de malis gulæ.

Margin notes: 1. Pet. 5. — Mat. 3. — Dan. 1. — Ecc. 31. — Chriso. — Ecc. 31. — Grego.

Superbia fugienda est propter quatuor.

PRimo, quia deo multum est odiosa; quod probatur tribus rationibus. Prima est, quia superbia deum impugnat, in omni loco. Fornicatio autem nunquam aut rarò in sacro loco cõmittitur, sed superbia magis quàm aliquod uitium. Vnde Gregorius. Cum omnia uitia fugiant à deo, superbia deo se opponit. Secunda est, quia Deum impugnat in omni tempore. Multa sunt peccata à quibus cauent homines in præcipuis festis, sed tunc maximè superbia exercetur. Tertia est, quia deum impugnat in omni persona. Multæ nãque sunt personæ, quæ fornicari dedignarentur, quæ tamen peccatum superbiæ recipiunt. Bernardus superbiæ uitium peccatum est maximum quod deo proprio magis insultat. Secundo superbia fugienda est, quia deus multum odit superbos. Quod potest cognosci quinque rationibus. Prima est, quia Deus superbos humiliat & deponit. Psal. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. Habetur etiam exemplum de angelo su-

Grego.

Bernar.

Psa. cantic͞u Mariæ.

perbiente, & de alto cælo depoſito, & eiecto, quanto magis nos qui ſumus terra, & cinis, ſi ſuperbia tumentes erimus, à facie dei, & à ſede cæleſti proiiciemur? nam deus (ait Bernar.
Bernar. non pepercit angelis, nec nobis parciturus erit) non eſt contrarius ſibi ipſi nec perſonarum acceptor. nec nos ſplendidiores ſumus in terra, nec altiores quàm primus angelus in cælo. quòd ſi ille de tanta ſublimitate per ſuperbiam cecidit, quo modo ad tantam celſitudinem ſuperbientes de imis conſcendemus? Secunda quia ab
Prou.15 hominatur Deus ſuperbos. Prou. Ab
Luc.15. hominatio dei omnis arrogans. Luc. 15. Quod altum eſt hominibus, abho-
Grego minatio eſt apud deū. Et Gregorius. Quanto coram hominibus eris gloriosior, tanto coram deo & angelis eius uilior. Tertia quia deus reſiſtit ſuperbis, & humilibus dat gratiam,
Iac.5. teſte Iacobo. Quarta, quia eos odit.
Ecc.10. Odibilis eſt coram deo, & hominibus ſuperbia, ideo nec ſuperbis parcet. Quinta quia paradiſi aditum ſu-
Pſa.100 perbis claudit. Pſal. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam, &c. Et Bernardus: ſcimus autē
Bernar. ſuperbis non eſſe partem uel ſocietatem in ſorte ſanctorum. Tertio fugiēda eſt ſuperbia, quia diabolo multum

placet, propter duo. Primo quia ipsa est signum quo diabolus discernit filios suos ab aliis. Gregorius. Euidétissimum signum superbia est reproborum. Secundo, quia est initium totius perditionis. Ecclesiastic. Initium omnis peccati est superbia, &c. Et causa totius perditionis, addit D. Bernardus. Quarto quia homini multum nocet. quatuor enim mala facit homini. Primum est, quia mentem hominis obscurat, ut seipsum non cognoscat. unde Bernardus. Superbia oculum mentis obscurat, ueritatem obumbrat, ita ut si occupauerit menté, iam tu te uidere qualis es, uel qualis esse potes, non possis sentire: sed qualem te amas, talem te esse putas, uel speras fore. & hoc nobis accidit, quia non putamus nos infirmos in hac parte esse. Vnde P. Augustinus. Nemo insanabilior eo, qui sibi sanus uidetur. Et Seneca. Ideo difficulter sanamur, quia nos ægrotare nescimus. Secundum est, quia gratiã Dei, & alias uirtutes ab homine expellit sicut dicit D. Bernardus, & Gregorius. Sicut humilitas omnia eneruat uitia, omnesq; uirtutes colligit, & roborat, sic superbia omnes uirtutes destruit & eneruat. Tertiũ est, quia iurgia & lites concitat. Prou.

Grego.
Ecc. 10
Bernar.
Bernar
Augus.
Seneca.
Bernar.
Grego.
Prou. 15

Vbi fuerit ſuperbia, ibi & contumelia &c. Quartum eſt, quia maledictionem inducit. Eccleſiaſticus. Initium omnis peccati eſt ſuperbia, qui tenuerit eam, adimplebitur maledictis. Iſa. Dies domini ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omnem arrogantem.

Ecc.10.
Iſa.2.

Superbiæ remedia ſunt ſex.

PRimum eſt conſideratio melioris. Vnde Gregorius. Sicut incentiuum elationis eſt reſpectus deterioris, ita cautela humilitatis eſt conſideratio melioris. Secundum eſt cohabitatio humilium. Sicut qui communicat ſuperbo, induet ſuperbiam, ſic qui communicauerit humili, induet humilitatem. Tertium eſt conſideratio uilitatis corporalis. Micheas. Humiliatio tua in medio tui. Quartum eſt exemplum Chriſti. Auguſtinus. Medicina tumoris hominis, eſt humilitas Chriſti. Quintum eſt, conſideratio uilis ſeruitutis, in qua ſuperbus eſt. quia ſeruus diaboli eſt, ſicut dicit Iob. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Sextum eſt, conſideratio diſtricti iudicii quod ſpecialiter erit ad humiliandum ſu-

Gregor.
Eccl.25
Mich.6
Auguſ.
Iob.41.

perbos. Isa. Dies domini super omnem superbum, & arrogantem, &c. Psal. Retribuet abundanter facientes superbiam. Isa. 2. Psal. 30.

Somnus quinque habet in se reprehensibilia.

PRimum est, nimietas somni. Unde in Prouerbiis arguitur somnolentus his uerbis. Vsquequo dormis piger, &c. Secundum est brutalitas, silicet, quando aliquis dormit ut porcus. Bernardus. Caue serue Dei inquantum potes, ne sit somnus tuus non requies lassi, sed sepultura corporis suffocati. Idem. Carnalis somnus & brutalis, & sicut dicitur letheus, abhominandus est seruo Dei. Tertium est tristitia in surgendo. Hora surgendi non te tristes, &c. Quartum est pigritia. Prou. Sicut uertitur ostium in cardine suo, sic piger in lectulo suo. Quintum est importunitas somni, silicet, quando aliquis dormit, quando non esset dormiendum, sicut tempore orationis. Contra id dicebat Petrus. Sobrij estote, & uigilate in orationibus; uel in sermone, uel in aliquo opere. Et nota quòd duo sunt necessaria homini, ut debito modo

Prou. 6 Bernar. Idem. Eccl. 32 Prou. 26

dormiat. Primum ut uigilando labo-
Eccle.5 ret. Ecclesiasticus. Dulcis est somnus
operanti. Secundum est ut sobrio ci
Bernar. bo & potu utatur. Bernardus. Sobriũ
cibum, sobrium sensum, sobrius se-
quitur somnus.

Seruire Deo debemus propter quinque.

Eccl.12 PRimo, quia ad hoc de nihilo nos
fecit. unde Ecclesiast. Time deum
& mandata eius obserua. hoc est
omnis homo. idest ad hoc factus est
Iob.5. omnis homo. Iob. Homo natus est
ad laborem, &c. Et hæc est sententia
Chrisostomi, quòd homo ad hoc
creatus est, ut deo seruiat, & deo
placeat. Secundo quia seruire deo,
magna dignitas & nobilitas est. Et est
Ambr. sententia D. Ambrosij. Tertio, quia
Mat.11 seruitium eius leuissimum est. Matt.
Tollite iugum meum super uos, &c.
Iugum enim meum suaue est, & onus
1.Io.5. meum leue. Et Ioannes asserit man-
data dei non esse grauia. Quarto,
quia seruire deo magna utilitas est.
quia qui seruiunt ei in præsenti, erunt
Io.17 cum eo in futuro in regno suo. Io.17.
Volo pater ut ubi ego sum, illic sit &
minister meus, &c. Et tunc transiens

ministrabit illis, &c. Quinto quia seruiuit nobis. seruiuit enim tripliciter nobis. Primo per suos, silicet angelos, prophetas, apostolos, & sanctos doctores ecclesiæ. Secundo, per sua, silicet per cęlum & terram, per Solem & Lunam; Matt. Qui Solem suum facit oriri super bonos, & malos, &c. Tertio per se, silicet nobis prædicando, pro peccatis nostris moriendo; Isa. Seruire me fecistis in peccatis uestris.

Luc. 12. Mat. 10 Isa. 43.

Spiritus sancti præparatio multiplex.

PRima est à peccatis per ueram compunctionem, & humilem confessionem purgatio. Non enim habitat spiritus sanctus in corde immundo. Vnde legitur in Gen. de columba quæ figura erat spiritus sancti; quę cum nō inueniret ubi requiesceret pes eius, reuersa est in archā. aquæ enim erāt super uniuersam terram. Non immergit se columba in aquis, nec spiritus sanctus intrat ubi est diluuium peccatorum. Secunda ratio est, sicut enim aliquis libenter declinat in hospitium, in quo scit desiderari aduentum suum, præcipue

Gene. 8

cum dominus hospitij multum super hoc rogat eum, sic spiritus sanctus uenit ad eos qui sunt in oratione, & desiderant aduentum suum. Sap. 6. Præoccupat eos, qui se concupiscunt

Sap. 6.

Tertia est humilitas. Isa. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, &c. Quarta est unitas. Vnde discipuli pariter erant congregati in eodem loco, quando spiritum sanctum acceperunt, sicut corporaliter, ita & spiritualiter, habentes cor unum & animam unam. Spiritus hominis non uiuificat membra corporis nisi sint unita corpori, sic spiritus sanctus in corpore ecclesiæ illos uiuificat qui habent unitatem, & concordiam. Quinta est auditus uerbi diuini. Act. 11. Adhuc loquente Petro cecidit spiritus super eos qui audierunt uerbum Dei. Psal. Ignitũ eloquium tuum uehementer. Vnde bonum est omni tempore libenter audire uerbum Dei.

Isa. ult. — Act. 11. — Psa 118

Signa habitationis spiritus sancti sunt tria.

PRimum est consolationum huius mundi plena refutatio. Psal. Renuit consolari anima mea.

Psal. 76.

Et P. Augustinus. Qui biberit de fluuio paradisi, cuius gutta una maior est Oceano, restat ut in eo sitis huius mundi extincta sit. Secundum est in tribulatione nulla murmuratio. Vasa enim plena, percussa, non resonant. Vnde sanctis cantatur. Non murmur resonat, non quærimonia, sed corde tacito, mens bene conscia, &c. Tertium signum cognoscitur per exteriora. Ecclesiasticus sapiens in uerbis producit seipsum. Prou. In facie prudentis lucet sapientia. Augus. Eccl. 19 Prou. 17

Spiritus sanctus docet nos tria.

PRimo, ueritatem cognoscere. Ioan. Cum uenerit spiritus ille ueritatis docebit uos omnem ueritatem. Secundo utiliter orare. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. idest postulare facit, uel docet nos quomodo debemus postulare. Tertio carnales uoluptates despicere. Gregorius. Gustato spiritu desipit omnis caro. Bernard. Mentem quam replet spiritus sanctus replet in amaritudinem temporalium, & dulcedinem æternorum monet. Io. 16. Rom. 9 Grego. Bernar.

Sollicitudinem noſtram in Deum debemus proiicere propter tria.

1.Pet. 5 PRimo, quia ſcriptura docet. Petrus ait. Omnem ſollicitudinẽ ueſtram proiicientes in eum, quoniam ipſi curæ eſt de uobis. Pſal. Iacta cogitatum tuum in domino, & ipſe te enutriet, &c. Secundo, quia nullus ſperans in eo, derelictus eſt. Eccl. 2 Eccleſiaſticus. Scitote quia nullus ſperauit in domino, & confuſus eſt, &c. P. Auguſtinus. Proiicite in deum, non eſt ita crudelis, ut ſe eripiat, & te cadere permittat. Tertio quia ipſi curæ eſt de nobis. Et notãdum eſt, quòd triplex cura eſt deo de nobis. Prima eſt prouiſionis, quæ duplex eſt, ſilicet, iure paternitatis, & dominij. de iure enim naturali ad patrẽ pertinet filiis ſuis prouidere, niſi culpa eorum hoc impediat. Mat. Nolite ſolliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, &c. Sequitur. Scit enim pater ueſter, q̃a iis omnibus ĩdigetis. Ad dominum etiam pertinet neceſſaria prouidere eis, qui ſibi debito modo ſeruierunt. Seruorum enim eſt cogitare, ut uoluntatem dominorum

suorum impleant, dominorum uerò est cogitare, ut seruis necessaria prouideantur. Secunda est cura sanationis. sollicitus est enim curare omnes infirmitates nostras, si eas per confessionem ostenderimus. P. Augustinus. Sanat te dominus, confitere tamen peccatum tuum. Ideo Propheta dicebat. Sana me domine & sanabor, &c. Tertia est cura defensionis. defendit enim nos ab hostibus nostris, nec permittit nos tentari ab eis supra id, quod poterimus sustinere. nam ipse est protector omnium sperantiũ in se. Et Bernardus. Quid enim timendum nobis, si adest qui portat omnia? & quid nocere poterit eorum quæ sub cælo sunt eis quos Deus cæli protegere, & conseruare uoluerit? Vnde Psaltes. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector uitæ meæ à quo trepidabo? &c.

August.
Psal. 6. & 29.
1. Co. 10
Psal. 17
Bernar.
Psal. 28

Serpentis prudentia in quatuor cognoscitur.

PRimo, quia caput suum custodit, pro eo totum corpus exponẽdo. sic sancti uiri pro Christo, qui est caput nostrum, & eorum

se, & sua exponere non timent. Ad
Prou.12 hoc propositum in prouerbiis dicitur. Qui negligit damnum propter
Phili. 3 amicum iustus est. Et Paulus. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum
1. Machab. 7. propter Christum detrimenta. Nec mirum si sancti omnia pro Christo exponunt, quia eo saluo, omnia sunt eis salua. Secundo, quod in alto foramine se ponit, ut pellem ueterem deponat. sic prudens in arcta uia pęnitētiæ se ponit, ut pellem ueteris hominis deponat. Vnde Paulus. Deponite
Ephe.4 uos secundum pristinam conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur, secundum desideria erroris eius, &c. Iterum. Deponentes uos
Idem. ueterem hominem cum suis actibus, induite nouum hominem, &c. Tertio, quia serpens unam aurem terra obstruit, & aliam cauda, ne uocem incantatoris audiat secundum illud.
Psal.57 Psal. sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, &c. sic sancti uiri unam aurem obstruunt memoria mortis, & aliam consideratione propriæ fragilitatis, ne suggestioni diaboli acquiescant. Quarto qa propter inimicitias quas habet cum homine, habitat in deserto, uel latet ī spinis, uel herbis. Sic sancti uiri agnoscentes inimicitias quas habet mundus cū eis, fugiūt eū.

Seruire

Seruire Deo debemus quadrupliciter.

PRimo, cum hilaritate. Exod. Iste est sermo quem præcepit Dominus dicens. Separate apud uos primitias domino, omnis uoluntarius, & proni animi offerat eas domino. quia hilarem datorem diligit Deus, sicut dicit Paulus. Et Chrisost. Voluntas facit opus remunerabile, non opus uoluntatem. Secundo cum iustitia. sicut enim homo cum uniuersis membris seruit peccato, sic cum uniuersis membris debet seruire deo. Vnde Paulus sicut exhibuistis membra uestra seruire iniustitiæ ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem, &c. Tertio cum munditia. Heb. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, &c. Leuit. Sanctificamini, & estote sancti. quia ego sanctus sum. Quarto cum perseuerantia. Heb. In disciplina perseuerate, &c.

Exo.35
2.Cor.9
Chrisost.
Rom.6.
Heb.12
Leui.20
Heb.12.

Semen Christi quod tripliciter tollitur à diabolo.

Mat.13 PRimum est uerbum dei. Matt. Semen est uerbum dei. Hoc semen tollunt dæmones, errorem in corde hominis seminando. Secundum
2.Cor.9 est iustitia. Vnde Paulus. Qui parce seminat, parce & metet, &c. Hoc se-
Psa.125 men tollunt dæmones ad iniustitiam pertrahendo. Tertium est bonum opus. Psal Euntes ibant & flebant mit-
Augus. tentes semina sua, &c. Vnde P. Augustinus semina nostra sunt quicquid boni operis fecerimus. Hoc semen tollunt dæmones faciendo homines
Matt.6. de bonis operibus gloriari. Vnde Matt. Cum facis eleemosinam noli tuba canere ante te, &c.

Sanguis Christi fecit nobis quinque bona.

Apoc.5 PRimo fuit redemptio. Apoc. 5. Redemisti nos deus in sanguine
1.Pet.1. tuo. Et Petrus. Scientes quod non corruptibilibus auro, uel argento, redempti estis, sed præcioso sanguine quasi agni, &c. Secundum est

peccatorũ ablutio. Apoc. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, &c. Heb. Vt sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. Tertium est ianuæ cælestis aperitio. Heb. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, qui initiauit nobis uiam nouam. Quartum est, continua ad deum oratio. Clamat enim continuè sanguis Christi ad patrem. Heb. Accessistis ad sanguinis aspersionem melius loquentem quàm Abel. sanguis Abel clamauit uindictam, sanguis Christi clamat indulgentiam. Quintum est sanctorum de inferno eductio. Zach. Tu autem in sanguine tuo eduxisti uinctos de lacu, in quo non est aqua.

Apoc. 1
Heb. 13
Heb. 10
Heb. 12
Zach. 9

Sermo Dei habendus est in aure, in ore, in corde, & in manu.

IN aure habendus est per frequentem ipsius auditionem. Isa. 55. Inclinate aurem uestram & uenite ad me, audite & uiuet anima uestra. Mat. Qui habet aures audiẽdi, audiat. In ore per iugem cum deo locutionem. Psal. In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui, &c. Vnde

Isa. 55.
Mat. 13
Psa. 118

Augus. dicebat P. Augustinus. Da mihi lumen in corde, uerbum in ore, ut cor meditetur gloriam tuam, & lingua mea cantet tota die laudes tuas. In corde habendus est per iugem recor-
Psa. 118 dationem. Psal. In corde meo abscon di eloquia tua, ut non peccem tibi.
Deut. 4. et. 11. Deut. Audi Israel mandata mea, & ea in corde tuo quasi in libro scribe. In manu habendus est, per continuã
Psa. 120 operationẽ. Psal. leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, &c.

Sermo sapientis debet habere quatuor.

PRimo, debet examinationem.
Eccl. 21 Ecclesiasticus. Verba prudentium statera ponderabuntur.
Prou. 17 Prou. 17. Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est; stultus si tacuerit, sapiens reputabitur. Isydo.
Isydo. Prius sermo ad limam, quàm ad lin-
Hieron. guam. Et Hieronymus. In loquendo peritus esto multum, ante delibera quid dicas, ne reuocare non possis quod dicis. Secundo temporis
Ecc. 20 oportunitatem. Ecclesiasticus. Homo sapiens tacebit usque ad tempus, lasciuus autem & imprudens non seruabit tempus. Isydorus ait. Intende
Isydo.

oportunitatem temporis & loquendi tempus proferendi sermonis. Ideo dicebat Ecclesiasticus. Tempus loquendi, & tempus tacendi, &c. Tertio debet habere puritatem, ut sit purus à falsitate. Prou. Testis falsus non erit impunitus, & qui mendacia loquitur, non effugiet, silicet à proximi nocumento, & à contumelia dei. Quarto debet habere lenitatem, ut sit dulcis sine clamoris asperitate. Ecclesiastic. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Prou. responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem.

Eccl. 3.
Pro. 19.
Eccle. 6
Pro. 15.

Silentij bona sunt septem.

PRimum est quia facit hominem fortem. Isa. In silentio & spe erit fortitudo uestra. Et abbas pastor dixit. Omnis labor quicunque euenerit tibi ex taciturnitate superabitur. Secundum est, quia reddit hominem pacificum. Isa. Erit opus iustitiæ pax & cultus iustitiæ silentium. Sicut enim ex nimia loquacitate frequenter sequitur iniuria tã dei quàm proximi, sic ex silentio iustitia nutritur; ex qua uelut ex quadam arbore, fructus pacis colligitur.

Isa. 30.
Pastor.
Isa. 32.

Vnde cum claustralibus pax necessaria sit, ualde necessarium est eis silentium, unde pax sequitur, & multæ lites & irę remanent. Vnde Prou. 26.
Pro. 26. Qui imponit stulto silentium minuit iras. Tertium est, quia reddit hominem amabilem. Vnde quidam philosophus interrogatus quomodo quis hominibus placere possit, inquit. Si gesseris optima, & locutus fueris pauca. Quartum est quia ostendit hominem sapientem. Prou. stultus si ta-
Pro. 17. cuerit, sapiens reputabitur. Quintum est, quia est signum spiritualis perfe-
Tren. 3. ctionis. Tren. 3. Sedebit solitarius & tacebit, qui leuauit se super se. Homo qui iam leuauit se supra statum hominum, qui habet deum consolatoriè & colloquutoriè, potest esse solitarius & tacere. ex quo enim habet deum pro socio, non curat de consortio hu
Seneca. mano. Vnde Seneca. Primum argumentum compositæ mentis existimo posse secum consistere, & secum mo-
Bernar. rari. Et Bernardus. Cum quo est de-
Tren. 3. us, nunquam est solus, &c. Bonum est præstolari cum silentio, &c. Sextū est, quia reddit hominem perfectum
Iac. 3. Iac. Siquis in uerbo non offenderit, hic perfectus est, &c. Septimum est, quia ad æternam uitam perducit. Psal.
Psal. 33. Quis est homo qui uult uitam diligit

dies uidere bonos. Prohibe linguam tuam à malo, &c.

Signa eorum qui credunt habere bona sua à se, sunt quatuor.

PRimum est, quia ille qui utitur hoc uitio, de bonis suis in corde suo gloriatur. Contra talem dicit Paulus. Quid habes quod non accepisti? &c. Secundum est, quia de bonis suis se iactat. Iob. Si obsculatus sum manum meam, &c. quæ sequuntur. Tertium, non habentem similia bona contemnit quod est stultum. Vnde Bernardus loquens de pharisæo dicit. Frustra inflaris aduersus publicanum, ideo quia non habet ut tu, quia non accepit ut tu, gratias agendo; probas te nihil tibi tribuere ceteros aspernendo, prodis quod in ore & corde locutus sis ut iudicares publicanum contemnendum per te, siue præ isto honorandum te censeres. Quartum est, quia deo renuit seruire, & de bonis sibi à deo datis, deo in pauperibus homo tribuit, ideo bona sua à deo non recognoscit. quia sicut dicit sapiens; Verissima recognitio domini est redditio census, uel seruitij.

1. Cor. 4

Iob. 31.

Bernar.

Signa, quæ apparebunt in creaturis ante iudicium, sunt sex.

Luc. 20. PRimo, ut boni non terreantur. Luc. 20. Cum audieritis prælia & ſeditiones nolite terreri, &c.
Grego. Vnde Gregorius. Minus enim iacula
Iſydo. feriunt, quæ præuidentur. Et Iſydorus. Expectata mala tolerabiliter feruntur. Secundo, ut ad bene operandum
Luc. 21 animentur. Luc. His autem fieri incipientibus reſpicite, & leuate capita ueſtra, quoniam appropinquat redemptio ueſtra. Tertio, quia Deus proditor reputaretur, ſi ſubitò, & ex improuiſo pcuteret, & ut malis timo
Pſal. rem incuteret. Pſal. Dediſti timẽtibus te ſignum ut fugiant, &c. Quarto ut homo per creaturas in quibus pecca-
Sap. 6. uit terreatur & affligatur. Sap. 6. Per quæ peccat homo, per hæc & torque
Grego. tur. Gregorius. Dignum eſt, ut qui in cunctis delinquimus, in cunctis feriamur. Quinto ut uniuerſale iudicium, uniuerſalis præcedat citatio, ut inde peruerſi ſine excuſatione pereant; unde electi exemplum capiant, ut uiuant. Sexto, ut per terrorem uiſibilium, appareat quantus ſit terror inui
Heb. 11 ſibilium. Heb. Quanto magis deterio

ra

ra putatis mereri supplicia,&c. Vnde Gregorius. Vltima tribulatio, multis tribulationibus præuenitur, & per crebra mala, quę præueniunt, indicantur perpetua, quę subsequentur. Grego.

Sponsus spiritualis, scilicet, Christus magis diligendus est, quàm carnalis, quinque rationibus.

PRima est, quia nunquam separatur à nobis. Matt. Ero uobiscum usq; ad consummationē seculi, &c. Ma. ult. Secunda est, quia frequenter recipit reuertentem. Hier. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, reuertere tamen & ego suscipiam te, &c. Hier. 3. Tertia est, quia non quærit dotem, sed potius dat. Dedi eis frumentum, uinum, & oleum, argentum, &c. Osee. 2 Quarta est, quia affectuosè diligit eam, scilicet animam sponsam eius. Vnde Paulus. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit uos, &c. Ephe. 5 Coloss. 3 Quinta est, quia pulcherrima dat dona. Apoc. 12. Apo. 12

Seminator quadruplex.

Luc.8. PRimus eſt Chriſtus. Luc. 8. Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, &c. Seminat quoque duplex ſemen ſilicet, Timoris; Timor eſt ſemen à quo naſcitur pænitentia & ſalus æterna. Iſa. A timore tuo domine concepimus & peperimus ſpiritum ſalutis. Et amoris, hoc proiicit in cordibus amicorum. Hie. Seminabo domum Iſrael, & domum Iuda ſemine, &c. Secundus ſeminator eſt uir iuſtus. Oſeæ. Seminate uobis in iuſtitia. In ſtatu enim iuſtitiæ ſunt opera miſericordiæ, & maximè eleemoſina, quia in modica comparatione fructus. Cor. Qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus metet uitam æternam. Tertius ſeminator eſt diabolus, qui cotidie ſeminat ſcandala inter fratres. Matt. 18. Væ mundo à ſcandalis, &c. Quartus ſeminator eſt peccator, qui ſeminat peccata, & metet mortem. Cor. 10. Qui ſeminat in benedictionibus, &c. Qui ſeminat in carne de carne metet corruptionem.

Iſa, 26. Hier, 31 Oſeę, 10 2, Co, 10 Mat. 18 2, Co, 10

Sequentes Dominum, omnia derelinquere debent propter quinque.

PRimo, propter Dei consilium. Matt. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, &c. Secundo propter dei promissum. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, &c. Et sequitur. Vos qui reliquistis omnia & secuti estis me, centuplum accipietis, &c. Tertio, ut expeditius post eum currant. Vnde Bernardus super illud, Ecce nos reliquimus omnia, &c. dicit. Rectè Petre fecisti, quia currentem non poteras sequi oneratus. Quarto, ut in eo omnem sufficientiam ostendant quia est ipse omnia in omnibus. Augustinus. Diues est christiana religio, quæ in omnium possessore omnia possidet. Bernardus. Non est inutilis commutatio pro Christo omnia reliquisse, nam cum eo donantur omnia. Quinta ut cum diabolo expeditius pugnent, quia diabolus nudus est.

Mat. 19
Mat. 19
Bernar.
1. Co. 15
August.
Bernar.

Sollicitudo triplex.

PRima est spiritualis. Et hæc
Prou.5. præcipitur Prou. Vade ad for-
micam, &c. Secunda est tem
Gen.3. poralis necessitatis, & hęc conceditur.
Gen. in sudore uultus tui uesceris
Lu.10. pane tuo, &c. Luc. Martha Martha
sollicita es, &c. Tertia est superfluitas
cupiditatis, & curiositatis. Hæc
prouenit ex amore inordinato terrenorum,
& diffidentia æternorum.
Pro.11. Prou. Expectatio sollicitorum peribit.
Et hæc prohibetur multis rationibus.
Prima est, quia suffocat uerbum.
Matth. Sollicitudo huius seculi
Mat.13 suffocat uerbum. Secunda est quia
impedit fructum boni operis, sicut
spinę in agro. Vnde Hier. Nouate
Hier.4. uobis nouale & no. se, &c. Tertia est
quia retrahit mentem à spiritualibus
1.Ti.2. studiis. Tim. Nemo militans deo implicat
secularibus, &c. P. Augustinus
Augus. Amor rerum temporalium, uiscus
est alarũ spiritualium.
de hac materia requi
re in capitulo de
malis auaritiæ.

Timoris bona sunt sex.

PRimum est, quia misericordiam dei impetrat. Psal. oculi do- Psal.32.
mini super timentes eum. Idem. Idē.102
Quomodo miseretur pater filiorum, &c. Secundum, quia peccatum fugat. Ecclesiasticus. Timor domini expel Eccl.1.
lit peccatum. Gregorius. Praua mens Grego.
si non prius per timorem euertitur ab assuetis uitiis non emendatur. Tertium est, quia gratiam dei meretur, & conseruat. Vnde Bernardus. In ue- Bernar.
ritate didici nil efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, & recuperandam, quàm omni tempore inueniaris non altum sapere, sed timere. Quartum est, quia hominem ad mala præsentis uitæ intrepidum reddit, & fortem. Ecclesiasticus. Qui Eccl.34
timet deum nihil trepidabit, nec pauebit, quoniam dominus spes eius est. Gregorius. Anchora mentis est Grego.
pondus timoris. Prou. In timore do- Pro. 14.
mini fiducia fortitudinis. Psal. firma- Psal.24.
mentũ est dominus timentibus eũ, &c. Gregorius in uia domini timor operatur fortitudinem, in uia seculi debilitatem. Quintum, quia in præsenti beatificat. Psal. Beatus uir qui timet Psa.111

Pro.28. dominum &c. Prou. Beatus homo qui
Ecc.25. ſemper eſt pauidus. Eccleſiaſticus
Beatus cui donatum eſt habere timorem domini. Sextum, quia in futuro
Pſal.14. glorificat. Pſal. Timentes autem do-
Pſal.60. minus glorificat. Pſal. Dediſti hereditatem timentibus nomen tuum domine &c. Iudith ultimo. Qui timent
Iudith ultimo. te domine, apud te magnifici erunt.

Timorem incutiunt ſex.

PRimum eſt conſideratio culpabilitatis noſtræ. Si tantum timet aliquis cum ſcit ſe reum eſſe unius criminis in curia alicuius terreni principis, quantum timere poteſt qui tot et tantorum criminum ſcit ſe reum eſſe apud diſtrictum iudicem? Secundum eſt, ſi conſideremus quod Deus ſemper & ubique actus
Heb.4. noſtros conſpicit. Heb. 4. omnia nu-
Auguſ. da & aperta ſunt oculis eius. P. Auguſtinus. Qui uult deum timere, illum cogitet omnia uidere. Et de ſeipſo etiam loquens ait. Cum illum mihi ubique præſentem, & omnia uidentem intueor, timore pariter, & ingenti rubore confundor. Tertium eſt incercitudo ueniæ. Eccleſiaſticus. Sunt
Eccl.9. iuſti & ſapientes & opera eorum in

manu dei: & tamen nescit homo utrũ amore, an odio dignus sit. Gregorius. Sępe sordet in conspectu æterni iudicis quod in intentione fulget operantis. Idem. Sæpe enim opus nostrum causa damnationis est, & profectus putatur esse uirtutis. Propterea in omni opere nostro semper timendum est, sicut dicitur Iob. Verebar opera mea. et Isa. Quasi pannus mulieris menstruatæ iustitiæ nostræ. Vnde si placere deo ueraciter cupimus, ipsa etiam in nobis benegesta timeamus. Et Bernardus. Cum adest gratia, time, ne indignè opereris ex ea. Quartum est sollicitudo æterni iudicij; de quo Iob dicebat. Quid faciam cum surrexerit ad iudicandum Deus? & cum quæsierit quid respondebo ei? Idem. Quis mihi hoc tribuat ut in inferno protegas me & abscondas me donec pertranseat furor tuus? Hieronymus. Siue comedam, siue bibam, siue aliquid aliud faciam, semper insonare uidetur auribus meis illa terribilis tuba, surgite mortui uenite ad iudicium. Quintum est facilitas pereundi & corporaliter & spiritualiter. propter quod umbra mortis dicimur esse. Isa. sedentibus in tenebris, & umbra mortis &c. Sextum est consideratio pœnę inferni. De hac

Grego. Grego. Iob.9. Isa.64. Bernar. Iob. 31. Idē. 14. Hieron. Isa.9.

materia require in cap. de malis peccatorum, et in capitulo de pœnis inferni.

Tepiditatem fugere debemus propter quatuor.

Apoc. 3. PRimo, quia uomitum deo prouocat. Apoc. Vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus incipiam te euomere. Secundo, quia diabolo fiduciam temptandi tribuit. De multis enim uitiis temptat Diabolus hominem tepidum, de quibus non audet temptare feruentem. Ollæ feruenti muscæ non insident. Tertio, quia reddit hominem quasi impotentem, & contractum; ut patet in illis qui cum ualde fortes sint, tamen non possunt quartam partem pænitentiæ facere, quam facit uetula una. quod accidit propter tepiditatem, quoniam paruum habent desiderium agendi pænitentiam. unde tepiditas dicitur esse paruus amor boni. Bernardus. Forsitan omnino non Bernar. possumus, quia non multum uolumus. Quarto, quia homo tepidus non impetrat quod in oratione postulat.

lat. Sæpe enim accidit quòd aliquis uiginti annis non accipit quod in oratione postulat, quia tepidè quærit. Vnde P. Augustinus. Seruat tibi deus quod non uult citò dare, ut tu discas magna magnè desiderare. Et Bernardus. Si incipis, incipe perfectè; si in profectu es, hoc ipsum iam perfectè age. Augusti. Bernar.

Tarditatis uitium dissuadent nobis tria.

TArdus enim differt inchoare opus quod facturus est, & tardus procedit in opere iam inchoato. Primo, est uelocitas, & strenuitas, quam mali habent in eis, quæ sibi utilia esse credunt. Prou. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant ut effundant sanguinem. Ber. Magna confusio, ardentius seculares pernitiosa quàm nos utilia, alacrius currunt ad mortem, quàm nos ad uitam. Vnde cum imminente passione domini, ceteri apostoli somnolenti erant, ut legitur Matt. solus Iudas somno non opprimebatur, sed procurabat ut eos adduceret, qui dominum comprehen- Prou.1. Bernar. Mat,26

deient. Secundo, eſt magna offenſã Dei, quæ ex tarditate iſta incurritur; Pro, 10. de qua Prou. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, ſic piger his, qui miſerunt eum. Acetum moleſtum eſt dentibus, & fumus oculis, ſic Deus moleſtatur in nimia tarditate eorum qui ſibi ſeruiunt. Tertio eſt magna Grego. gratia. Gregorius. Quoniam habet apud Deum ſeruientes ei uelociter, Pro, 22. & ſtrenuè. Prou. Vidiſti uirum uelocem in opere ſuo, coram regibus ſtabit, nec erit coram eo ignobilis.

Tribulationis bona ſunt quatuor.

PRimũ eſt, quia illuminat. Tren. Tren. 3 3. Ego ubi uidens paupertatem meam in uirga indignationis Iſa. 28. eius. Iſa. Sola uexatio intellectum Grego. dabit &c. Et Gregorius oculos quos culpa claudit, pœna aperit. Secun- Apoc. 3 dum quia eſt ſignũ dilectionis. Apoc. Ego quos amo arguo, & caſtigo &c. Heb. 12 Heb. Quem diligit dominus caſtigat, flagellat autem omnem filiũ quẽ reci- Idẽ. 12. pit, &c. Idem. Si extra diſciplinam eſtis, iam non filii, ſed ſpurii eſtis, &c. Auguſ. P. Auguſtinus. Si exceptus es à paſſione flagellorum, exceptus es à nu-

mero filiorum. Tertium est, quia inci tat ut Deum requirat. Isa. Domine in angustiis exquisierunt te. Oseæ. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Gregorius. Mala quæ nos hic præmunt, ad Deum ire compellunt. Quartum, Quia uitam æternam præstat. Cor. 4. Id enim quod in pręsenti est momentaneum & leue, &c. Luc. Beati qui nunc fletis, quoniam ridebitis &c. Isa. 27. Oseæ. 6. Grego. 2. Cor. 4. Luc. 16.

Tribulationis causæ sunt quinque.

PRima est ut tentet. Deut. Tentat uos Deus uester, ut palam sciat utrum diligatis, eum an non. Ecclesiasticus. Vasa figuli probat fornax &c. Gregorius. Pęna quippe interrogat, si quietus quis ueraciter amat. Secunda est, ut peccata purget. P. Augustinus. Quod flagellum grano, quod lignum ferro, quod fornax auro, hoc facit tribulatio iusto. Io. 16. Omnem palmitem qui facit fructum purgabit eum &c. Et de paralitico legitur. Remittuntur tibi peccata tua. postea dixit. Tolle grauatum tuum &c. Grego. Ignem tribulationis admouet, ut in nobis ru Deu. 13. Eccl. 27 Grego. Augus. Io. 16 Io. 5. Grego.

Ambr. biginem purget. Amb. Aegritudo iusto carnis peccatum repellit. Tertia est, ut sollicitet, ne per superbiam,
Grego. uel securitatem se erigant. Gregorius. Dũ mens seuera redditur, in torporem laxatur. Cor. Ne magnitu-
2. Co. 12 do reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, &c. Et Isydorus. Valde necessarium est, iu-
Isydo. stum in hac uita & uitiis temptari, & uerberari flagello, ut dum uitiis pulsatur, de uirtutibus non superbiat. dum uerò aut animi, aut carnis dolore atteritur, à mundi amore retrahatur. Quarta est, ut Deus inde glorificetur; sicut de cęco nato, & de Lazaro. Quinta potest esse, ut hic incipiant tormenta sustinere, quod postmodum sine fine sustinebunt, sicut Herodes, qui à uermibus fuit consumptus, &c.

Tribulationis remedia sunt tria.

PRimum est societatis Dei consideratio. Deus enim socius est in
Psal. 90. tribulatione. Psal. Cum ipso sum in tribulatione, &c. Psal. Iuxta
Psal. 33. est Dominus his, qui tribulato sunt
Bernar. corde, &c. Vnde D. Bernardus. Bo-

num mihi in tribulatione magna amplecti te, in camino habere te mecum, quàm esse sine te uel in cælo. Secundum est æternæ pœnæ euasio. cum homo ab his premitur, tunc ab his liberabitur. Gregorius. Durum non æstimes esse quod pateris, dum exterius cruciatibus ab interna passione liberaris. Tertium remedium est, æterni præmij remuneratio. Greg. Consideratio præmij, minuit uim flagelli. Isydorus. Qui uitæ futuræ præmia diligenter excogitat, mala omnia uitæ præsentis æquanimiter portat. Grego. Grego. Isydo.

Temptari permittit Deus hominem quinque de causis.

PRima est, ut homo ad eum redeat. Isa. Domine in angustia requisierunt te, et c. Psal. Imple facies eorum ignominia, &c. Gregorius. Tribulationes, quæ nos hic præmunt, ad deum nos ire compellunt. exemplum de columba, quæ non inueniés vbi requiesceret pedes eius, reuersa est in archam. Secunda, vt de peccatis suis amplius doleat. Gen. Dixerunt fratres Ioseph; Meritò hæc Isa.26. Psa.82. Grego. Gen.42

patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum; et tunc leuius pœnam portat cum considerat malum pro quo portat. Isydorus. Vnusquisq; autem tunc leuius portat quod patitur, si sua discusserit mala, pro quibus illi infertur retributio ista. Tertia vt imperfectionem suam melius cognoscat. Grego. Qui foris exire per laudes potuit, compulsus contumeliis ad se rediit. Nam siquis adiutorem fortem habet in opere, eo sublato melius cognoscit suam imperfectionem. Grego. Magna perfectio est suæ imperfectionis cognitio. Vnde Psal. Ego dixi in abundātia mea non mouebor in æternum &c. Sed vt te mihi ostenderes, auertisti faciem tuam à me, &c. Quarta est, vt homo de suis meritis non præsumat. Cor. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me &c. Hie. 3. Castigabo te in iudicio, vt nō videaris tibi innoxius. Quinta est, vt hominem erudiat. Hier. 31. Castigasti me & eruditus sum. Deut. 8. Sicut erudit homo filium suum, sic Dominus deus erudit, &c.

Isydo. Grego. Grego. Psal. 29. 2. Co. 12 Hier. 3. Hier. 31 Deut. 8.

Turba duplex, scilicet mala, & bona.

MAla, multiplex est. Prima est tumultuans, quę cupidorum est, vel auarorum. Mat. Cum vidisset Iesus tibicines & turbam tu- Matt. 9.
multuantem, dixit, recedite, &c. Isti di- Pro. 15
cuntur turba quia turbantur in se. Prouer. 15. Turbat domum suam, qui sectatus auaritiam, &c. Secūda turba dicitur strepens, quæ interius est, filicet cogitationum & desideriorū. Luc. Luc. 8.
Turbæ comprimunt te. Tertia est inquietans. quæ est exterius, filicet curarum & sollicitudinum. Luc. Mar- Luc. 10.
tha Martha sollicita es, &c. Iob. Se Iob. 21.
men eorum &c. Quarta est impediens quæ est carnalium desideriorum, de qua dicitur Luc. Zacheos non poterat &c. Bona autē turba triplex est. Luc. 19.
Prima est doloris, decōsideratione peccatorum. Isa. Decogitabo tibi omnes Isa. 36.
annos meos in amaritudine animæ meæ, &c. Psal. Irascimini & nolite pec Psal 4.
care &c. Secunda est timoris, ex consideratione diuinorum iudiciorū. Psal. Psa. 118
A iudiciis enim tuis timui. Hier. Si- Hieron.
ue comedam, siue bibam, semper in aure mea tuba iudicii canit, surgite mor

tui venite ad iudicium. Tertia est amoris ex recordatione beneficiorũ. Tre.

Tren.3. Memoria memor ero, & tabescet, &c.

Transitus triplex.

PRimus est de uitiis ad uirtutes; de stato peccati ad pænitẽtiam. qui figuratus est per transitum filiorum Israel de Aegypto per mare rubrum in desertum. Mare enim rubrum significat contritionem & confessionem, per quæ transitur ad satisfactionem. Mare est amaritudo quæ est in contritione. Rubrum est erubescentia, quæ est in confessione. Secundus est de uirtute in uirtutem. Hic est transitus de mari rubro per desertum usque ad Iordanem. Iordanis qui interpretatur humilis descensus, significat mortem, per quam oportet transire antequàm ueniatur ad terram promissionis. Tertius est de mundo ad patriam. Hic est transitus de deserto per Iordanem ad terram promissionis.

Cant.8. Cant. Quæ est ista, quę ascẽdit de deserto, &c.

Vnitas

Vnitas triplex.

PRima est intellectuum per fidei identitatem. Secunda est unitas affectuum per perfectam, & concordem uoluntatem. De his duabus loquitur Paulus ad Philippenses. Idem sapiatis, ad primam, eandem charitatem habentes, ad secundam. Tertia est unitas conuersationis per uniformem morum honestatem. Psal. Deus qui habitare facis unius moris in domo. De his tribus Act. Multitudinis credentium erat cor unum, quò ad unitatem fidei, & anima una, quò ad unitatem uoluntatis, & erant illis omnia communia quò ad unitatem morum. Philip. 2 Psal. 67. Act. 4.

Vnitati necessaria sunt quinque.

PRimum est humilitas, ne alter alteri se preponat, quæ est causa discordiæ. Prou. Inter superbos semper iurgia sunt. Secundum est mansuetudo, ne alicui iniuriā faciat, quod est causa dissentionis. Tit. Ostendentes mansuetudinem ad omnes ho- Pro. 31. Tit. 3.

mines. Tertium est patientia, ut iniurias illatas patienter sustineat, & per patientiam fratres reuocat ad concor-
1.Te.5. diam. Tessa. Patientes estote ad omnes, uidete ne quis malum pro malo reddat, sed semper quid bonum est sectamini inuicem & in omnes. Quartum est ut mores graues sociorum sup-
Gall. 6. portet. Gall. Alter alterius onera portantes &c. Quintum est charitas, per quam sibi inuicem seruiant. Mutua seruitia nutritiua sunt charitatis.

Veritas triplex.

Cordis, oris, & operis. Cordis, ut illa loquatur & agat homo, sicut habet in corde, non contra conscientiam, non contra mentem; sunt enim qui ueritatem habent in corde, sed uolunt eam profiteri ore, aut propter erubescentiam, aut timore, aut amore, quod quidem
Zach. 8 peccatum est. Zach. loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo.
August. Et P. Augustinus. Quisquis metu cuiuslibet potestatis ueritatem occultat, iram dei super se prouocat.

Oris, ut uera loquatur, & uera sint quæ loquitur. Sunt enim aliqui qui ueritatem habent in ore, sed non

in corde. De quibus Ecclesiasticus. Væ duplici corde, & labiis scelestis. Labia scelesti sunt labia excommunicata, quæ à corde separantur, silicet, quando aliud sonat in ore quàm sit in corde. Ideo Matt. Sit sermo uester est, est, non, non. Sicut est in corde, sic proferatur in ore, alioquin peccatum esset. Isydorus. Omne quod à ueritate discordat, peccatum est. Operis, ut iam ostẽdat in opere, sicut loquitur in sermone, uel sicut ostendit in habitu. sunt enim qui ueritatem non habent in opere, sed dicunt ore, uel ostendunt habitu. Ecclesiasticus. Anima uiri sancti, annunciat uera. &c.

Eccle. 1
Matt. 7.
Isydo.
Ecc. 37.

Voluntas propria tria mala facit.

PRimum est, quia hominem in quo est propria uoluntas, furem facit. Ille enim qui est in religione, debet propriam uoluntatem abnegare, alioquin non sequeretur dominum. Matt. Siquis uult uenire post me abneget semetipsum & c. Luc. Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet & c. Ergo qui propriam uoluntatem sequitur, seipsum deo subtrahit,

Mat. 21
Luc. 14.

Psa.124 & pœnę æternæ se subdit. Psal. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem. Secundum est, quia meritum laboris perdere facit. Isa. Qua-
Isa.59. re ieiunauimus & non aspexisti? & c. quæ sequuntur. Bernardus. Grande
Bernar. malum propria uoluntas facit, qua fit, ut bona tua, tibi bona non sint. Tertium est, quia deus eam odit & punit. Bernardus. Quid odit Deus,
Bernar. aut quod punit propter uoluntatem propriam? Cesset propria uoluntas, infernus non erit. Qui ergo non subdit se Deo, subiicietur diabolo. unde
Grego. Gregorius. Qui non subdit deo propriam uoluntatem, aduersario suo subiicietur, & c.

Via Christi triplex.

Prima fuit de cælo in uentrem uirginis. Et hæc fuit humilitatis.
Phi.2. Philip. Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, & c.
Augus. Et P. Augustinus. Ambula per Christi humilitatem, ut uenias ad æternitatem. Bernardus. Si hominis, ò ho-
Bernar. mo, imitari dedigneris exemplum, certè non erit tibi indignum sequi auctorem tuum; sed si non potes sublimem incedere semitam uirginitatis,

ſequere uel eum per curtiſſimã uiam humilitatis. Idem per humilitatem aſcende ad ſublimitatem, quia hæc eſt uia, & non eſt alia præter ipſam. qui aliter uadit, cadit potius, quàm aſcendit. Secunda uia, de utero uirginis in mundum, & hæc fuit paupertatis. Luc. Inuenietis eum pannis inuolutum & poſitum in præſepio, &c. Cor. Cum diues eſſet propter nos egenus factus eſt, &c. Tertia, de mundo in crucem; & hæc fuit charitatis. Io. Maiorem charitatem nemo habet, ut quis pro amicis animam ſuam ponat, &c. Auguſtinus. O immenſa pietas, o inæſtimabilis charitas, ut liberares ſeruum, filium tradidiſti. Gregorius. De his fruſtra meliores uias quærimus, quas præceſſit, ſi per eas non eamus.

Bernar. Luc.2. 2.Cor.8. Io.15 Auguſ. Grego.

Via hominis quadruplex.

PRima eſt naturæ, per quam ambulat homo ad mortem. Iob. Et ſemitam per quam ambulem non reuertar &c. Et P. Auguſtinus Nil aliud eſt tempus præſentis uitæ, quàm curſus ad mortem. Secunda uia eſt culpæ, per quam homo ambulat de malo in malum. Timothe. Mali autem

Iob. 16. Auguſ. 2.Tim.3

homines, & seductores proficiunt in
Ecc.20. peius. Ecclesiasticus. Fili ne adiicias
peccatum super peccatum, & c. Ter-
tia est gratiæ, per quam homo ambu-
Gene.17 lat de bono in melius. Gene. Ambu-
la coram me, & esto perfectus, & c.
Psa. 83. Psal. Ibunt de uirtute in uirtutē, & c.
Quarta est gloriæ, per quam ambu-
lant sancti, post Christum eundo.
Apoc.3. Apoc. Ambulant mecum in albis, qui
digni sunt, & c.

Verbum dei quinque bona facit.

Psa. 118 ILluminat. Psal. Declaratio ser-
monum tuorum. domine illumi-
Pro. 6. nat, &c. Pro. Mandatum lucerna
Sap.15. est, & lex lux, & c. Sanat. Sap. Non
herba, non malagma sanauit eos, sed
sermo tuus domine qui sanat omnia.
Psa. 106 Psal. Misit uerbum suum et sanauit
Io.15. eos. Mundat. Io. Iam mundi estis
propter sermonem meum, & c. Lęti-
Hier.15 ficat. Hier. Factum est uerbum domi
ni in gaudium, & lętitiam cordis
mei, & c. A morte æterna liberat.
Io.5. Io. Siquis sermonem meum
seruauerit, mortem non
uidebit in æter-
num, & c.

Vana gloria fugienda est propter tria.

PRimo, quia scriptura docet. Gall. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Philip. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, &c. Hier. Non glorietur sapiens in sapientia sua, &c. Ecclesiasticus. Nolite extollere in faciendo opere tuo, &c. Bernardus. Non quæras gloriam, & non dolebis cum in gloriosus fueris. qui laudem non appetit contumeliam non sentit. Secundo quia deo displicet, ideo quia uanagloria deificat creaturam, contempto uero deo; silicet quando de operibus factis gloriatur, quasi ea à se haberet, cum nullum bonum habeat nisi à deo. Cor. Quid habes quod non accepisti? &c. Et P. Augustinus. Quid habes quicquam tuũ, te enim homo constituit proximum finem suum, dum opera sua facit, ut uideatur ab hominibus, & sic idolatrat. Vnde Io Quomodo potestis in deum credere, qui gloriam ab inuicem accipitis; etiam gloriam quæ à solo deo est, non quæritis? & c. Quod deo displiceat, potest cognosci in dua-

Gall. 7. Phi. 2. Hier. 9. Eccl. 10 Bernar. 1. Cor. 4 August. Io. 5.

bus rationibus. Prima eſt per eius exempla. Exemplo enim ſuo docuit uitare uanam gloriam, ſicut legitur
Mat.11 Matt. Vbi duobus cęcis illuminatis
Luc.8. dixit. Videte nequis ſciat, &c. Luc. Dixit leproſo curato. Nemini dixeris, &c. Secunda ratio per eius uerba.
Mat.5. Matt. Attendite ne iuſtitiam ueſtrã
Matt.6. faciatis coram hominibus, &c. Matt. Cum facis eleemoſynam noli tuba ca-
Matt.6. nere ante te, &c. Et Iterum. Cum oratis non eritis ſicut hypocritæ, &c. Tertio quia homini ſummè nocet. Quatuor enim mala facit. Primum eſt, quia aufert homini bona temporalia; de hoc uidemus ſæpe quòd principes & milites expendunt quicquid habere poſſunt propter eam. Secundum quia aufert ſpiritualia. Vnde quidam ſenex. Sicut non poteſt fieri, ut ſimul herba naſcatur & ſemen; ita impoſſibile eſt, ut laudem & gloriam ſecularium habentes ſimul faciamus fructum celeſtem, cum pro bono opere laus tranſitoria quæritur; res æterna retributione digna, pro uili præ-
Mat.6. cio uenditur; ſicut legitur in Mattheo de Hypocritis, receperunt mercedem ſuam, &c. Ideo multum timenda eſt uiris religioſis. Vnde Hie-
Hieron. ronymus. Prima uirtus monachi, eſt iudicia hominum contemnere. Et

Pro-

Prosper. Cum omnia uitia homo supe rauerit, manet periculū, ne mens bene conscia sibi, potius in se, quàm in domino glorietur. Tertium est, quia sæpe ex uana gloria contentiones, & inuidiæ oriuntur. Gall. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidi. Quartum est, quia ostendit hominem stultum. Non ne magna stultitia est habere uanam gloriam, quæ sicut puluis est, sicut dicit Isydorus. Gloria enim humana in puluerem redigitur, & honor eius extinguitur super terram, uelle ipsam præponere æternę gloriæ. Vnde stultum ualde est, inde transitoria quęrere, unde possumus æterna habere. Item. Non ne magna stultitia est, quia uanagloriosus non curat qualis sit, sed qualis dicatur. Vnde Chrisost. Hypocrita ut quid non uis esse laudabilis, qui uis ut lauderis?

Prospe-rus. Gall. 6. Isydo. Chrisost.

Vanæ gloriæ remedia sunt quatuor.

PRimum est absconsio. Legitur in uitis Patrum. Sicut thesaurus manifestus cito minuitur, ita & uirtus quælibet deperit publicata. Greg. Deprędari desiderat, qui

Grego.

thesaurũ publicè in uia portat. Quod figuratum est in manu Mosi, quæ extracta de sinum facta est leprosa, in si-
Exod.4 nu uero reuersa, est ibi facta sana. Vn-
Isydo. de Isydorus. Qui se intelligit ad hæc amore laudis pulsari facta bona agat in occulto, ne forte quod egerit perdat. Secundum est descensio, silicet, ut homo descendat ad propriam in-
Isydo. firmitatem. Vnde Isydorus. Semper suam aspiciant fæditatem, qui uanæ gloriæ fauores diligunt. Homo nanque si seipsum reprehendit ubique potest consistere, si autem se magnificat nusquã stat. Tertium est consi-
Grego. deratio æternæ gloriæ. Gregorius. Vilescunt temporalia, cum desiderantur æterna. et specialiter uilescit uana gloria, si consideretur uera. Quartum remedium est, quòd quando offertur homini gloria, ipse offerat eam
Psa 113 regi gloriæ. Sicut ait Propheta. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam, & c. Et Paulus.
1. Ti. 1. Regi seculorum immortali & inuisibili soli deo honor & gloria in secula seculorum amen.

Viæ rectæ proprietates sunt quinque.

PRima ne ſit tortuoſa per obliquam intentionem . Iſa. Hæc eſt uia ambulate per eam, neq; ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinatis. Et iterum . Parate uiam domini rectas facite ſemitas eius, & c. Secunda ne ſit montuoſa per ſuperbiam, & ambitionem. Iſa. Præparate uiam populo, planum facite iter, &c. Tertia ne ſit lapidoſa per impatientiam uel detractiones . Hier. Tollite de uia lapides . Eccleſiaſticus . Via peccantium complantata lapidibus . Quarta ne ſit lutoſa per luxuriam. Pſal. Eripe me de luto, ut non infingar, & c. Abacuch. Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum, &c. Quinta ne ſit ſpinoſa per auaritiã uel pigritiam. Prou. Per agrum hominis pigri tranſiui, & c.

Iſa. 30.
Idẽ. 40.
Iſa. 57.
Hier. 50
Eccl. 32
Pſal 68.
Abac. 3
Pro. 24

Vestis duplex, scilicet mala, & bona.

Isa. 11. MAla, triplex est. Prima est immundæ affectionis. Isa. Vestimentum mixtum sanguine. Hoc est mens polluta carnali affectione, erit in combustionem. Se
Deu. 22. cunda est duplicitatis, quæ prohibetur Deut. Non indueris uestimento
Mat. 6. quod ex lana, linoq; contextum est. Tertia est simulatæ sanctitatis. Matt. Veniét ad uos in uestimétis ouiũ, & c. Bona uestis quadruplex est. Prima est charitatis quæ operit turpitudinem peccatorum. Secunda est puri-
Iob. 40. tatis ex parte mentis. Iob. Esto specio sus, & gloriosis induere uestibus. Gloriosæ uestes sunt puræ & mundæ cogitationes, & affectiones, quæ animam ornant, & speciosam faciunt.
Eccl. 9. Vnde dicitur; Omni tempore sint uestimenta tua candida. Tertia est ca-
Apo. 11 stitatis ex parte carnis. Apoc. Qui non inquinauerunt uestimenta sua. Quarta uestis est honestatis, ex parte
Pro. 31. conuersationis. De qua Prou. Ad commendationem animæ sanctæ stragulatam

gulatam sibi uestem fecit. strangulata uestis dicitur triangulata. Nostra enim conuersatio ita debet esse honesta ut sit ad consolationem sui, ad ędificationem proximi, & ad laudem Dei. Et tunc erit triangulata.

Vinea quadruplex.

PRima est cælestis patria. Isa. Vinea meri cantabit ei. Ego Dominus seruo eam. Merum dicitur uinum, quod est sine mixtione fęcis. Agricolæ sunt angeli. Ex ista uinea est uinum exultationis; de quo Psal. Vinũ lætificat cor hominis, & c. Secunda est mundus. Isa. Et uinea Sabama degentium exciditur. Sabama interpretatur sinistra, & significat mundum, sicut è contra dextra, cælum, agricolæ, homines. Ecclesiasticus. Et mundum tradidit dispositioni eorum, Tertia est ecclesia. Isa. Vinea domini exercituum domus Isräel est. Psal. Vide & uisita uineam istam. Agricolæ sunt prælati. Multi possunt dicere illud. Cant. Posuit me custodem in uineis, & c. Quarta uinea est anima. Hier. Ego plantaui te uineam electam. Agricolæ huius uineæ sunt singuli homines, qui debent eam co-

Isa. 27. Eccl. 40 psal. 103 Isa. 18. Eccl. 3. Isa. 5. Psal. 79. Cant. 1. Hier. 2.

Vigilate & orate. Quinto, quia uigilantibus promittitur merces. Luc. Beatus ille seruus, quem cum uenerit Dominus inuenerit uigilantẽ, & c. Luc.12
Sexto, quia incertum est de aduentu furis, idest mortis. Luc. Si sciret pater familias qua hora fur ueniret uigilaret utique, & c. Vnde P. Augustinus. Nil certius morte, & nil incertius hora mortis. nam nescimus quãdo aut quõ, aut ubi moriemur, quoniam mors ubique expectat nos. Idcirco nos omnes debemus esse parati, ut cum corpus reuertetur ad terram, de qua scriptum est. Spiritus redeat ad dominum qui creauit illum, & cetera. Luc.12. Aug.

Visitator in uisitatione debet facere quatuor.

PRimo, uerbum Dei annunciare. Psal. Visitasti terram & inebriasti eam, & c. Vnde Glossa. Verbo scilicet prædicationis. Secundo excessus subditorum corrigere. Psalm. Visitabo in uirga iniquitates eorũ, & c. Tertio pusillanimes cõsolari. Isa. Cõsolabitur Dominus syon, & consolabitur ruinas eius, & c. Vnde Iob. Visitabo, & c. Quarto causas Psal 64 Glossa. Psal.88. Isa.5. Iob.10

Isa.60 audire, & eas decidere. Isa. Ponam uisitationem tuam pacem, & prępositos tuos iustitiam. Iac.1. Reli-
Iac.1. gio munda & immaculata apud Deum, & c.

FINIS. Et Deo omnis honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Pro. XV.

Labia sapientum disseminabunt scientiam.

Ecclesiast. XX.

Scientia absconsa, & thesaurus inuisus quae utilitas in utrisq;?